vid ex humili pastore, per Prophetam eo jubente Rex, in Israël designatus & inunctus est, ita pater cœlestis sæpe operatur, cujus voluntati si quis restitit, indignationem divinam in se provocat. Data est igitur nunc mihi in omnem totius orbis nationem potestas, et jus gladii in terrorem malorum et defensionem bonorum. Nemo itaque in hac sanctâ civitate flagitiis se contaminet, patriæque voluntati obluctetur, alioquin sine ullâ pœnæ remissione gladio feretur.

Populus magna cum admiratione, quasi attonitus hæc nova atque inusitata

a4

aspectat, inde tacito murmu-
re intra se præmit, ignotum
et peregrinum hominem re-
gnum urbis invadere, majes-
statem regiam dejecto legi-
timo Magistratu sibi usur-
pare, magnificos honores et
titulos, mundique pompam
contra evangelicam humili-
tatem quærere, et totius orbis
denominationem affectare,
non minus stultum esse et te-
merarium, quam Evangelicæ
professioni adversum.

Rex vero hæc sentien-
tium verbisque asperrimis
et auditoribus horrorem in-
cutientibus, ipsos compescu-
it. pstdui. inquiens. i.
obmurmuratis ne vos Pa-
tris dispositioni. Etiamsi

omnes

omnes in unum conflati, mihi
resistetis; nihilominus tamen,
vobis invitis, non solum huic urbi,
sed toti mundo sic volente Pa-
tre dominabor, meumque re-
gnum hic cœptum sine inter-
missione perseverabit.

Hæc cùm dixisset, ma-
gna fit populi tranquillitas,
nec quisquam contra hæc de-
gistonitrua mutire audet.

Præterea Prophetæ et
reliqui Concionatores to-
tum triduum populum do-
cent Hieremiam Cap:
23 et Ezechielem Cap:
27. de hoc populo Israeliti-
co, déque hoc Lege suo justo,
vatinato esse, ubi quidquid
Prophetæ scribunt de re-
liquis filiorum Israël,

di-

dispersis, atque de iisdem in
unum locum congregandis de
se dici interpretantur. Et quid,
quid de Davidjudo Lege, a Deo
excitando, in postremis tempo-
ribus dicitur, de hoc suo Lege
sibi, populo persuadent. Et
Jb. ad Romanos recitato
omnes ad obedientiam gravi-
ter hortantur, ideoque jam
ipsum magis suspiciunt et
venerantur.

Rex Propheta 8v.
sentiscuier et ut Legem Do-
minum urbis faciat, et subditio-
rum animos efroenes, ablatis
indumentis et cibis, quorum super-
fluo usu insolescebant, frangat,
nequid illis relinquatur, quo
inflati adversus Legem fero-
ciant, in concione publica

ex

exaltat vocem suam, sibi coe-
litus revelatum esse pro-
clamat, Patrem superflu-
um ciborum et vestimentorum
tam mulierum, quam viro-
rum usum damnare. Quilibet
ergo virorum duas tantùm tu-
nicas, duo caligarum paria,
duos thoraces, duo capitis
tegmina et quatuor indusia,
brachialia quatuor, et toti-
dem pepla capitis tantùm
habebit, plura vestimenta
habentes in commune defe-
rant. Post tertium
itaque diem 83. gementibus
et bene onustis plaustris
vestes superfluas viatim col-
lectas, ad aedes Diaconorum
convehunt, neque quisquam
Prophetae edicto parere au-
det,

del, imo majorem bubularum,
fuillarumque carnium partem
esse singulis totius urbis aedibus
directam in communem omnium
usum: uti populo persuadet:
ad suam autem aedes transferri
quam se redditurum in necessita-
te polliceatur. Sed penuria im-
minente, pecorum tam Regis,
quam populi exhaustum esse,
credere oportebat.

Nequis autem Pra-
silicam hujus Basilisci pro-
geniem et vim ignoret, pau-
cis eam expediam:

Regis Interfectoris a Parentibus Patria et moribus descri-ptio.

Erat puella quaedam
Adelheidis nomine
a

1952.

à Parentibus agricultura
in prædio quodam Bolker Mon.
Diœcesis exercentibus, procrea-
ta. Quod quidem prædium in
parœcia Dedorpiana sub
Horstmariano Domino situm,
jure proprietatis et servitutis
ad nobilem quemdam Lode-
fridum de Schedelichen
pertinebat. Hæc ainè fratres,
sororesque complures haberet,
et prærepta à Domino jure
servitutis majore bonorum
parte parùm commodi ex
isto prædio sibi sperare, for-
tunam apud exteras nationes
experiri, præsidiumque vitæ
suæ inter ignotos serviendo,
sibi quærere, quàm inter
suos sordescere, miseramq;
vitam ducere maluit, in-

Hol-

Hollandiam itaque profecta forma et corporis pulchritudine elegantio, Bratori in Ehren verhagen, cognomento Bockel placere coepit, a quo post arctiorem familiaritatem et consuetudinem compressa, masculam prolem in pago Hagen illi peperit, quem Joannem Bockelsone quasi filium ipsius Bockel, appellavit. Quae ubi libertatem a Godefrido Scheve Lichtern Domino suo peciuniam revemisset, post annos paucos confectis nuptialibus instrumentis facta et legitima Bratori uxor, atque aliquoties ab illo foeta pepererit. Hinc annos aliquot ante obsidionem natale solum,

et

et sanguine sibi junctos revisit, si forte quid ex prædio, ubi nata fuit, consequi posset. Cum vero inde Leydam rediret inter prædium Solerium locum nativitati, et Dodorpium pagum male affecta ad ardorem forte in itinere concidit, subitoque exspiravit. Cadaver ibi repertum Dodorpium, tanquam ad suam paroeciam sepeliendum transvehitur. Filius vero natu major Jacobus Solerius Leydæ inter sanguine sibi junctos, educatus legendi, scribendique vernacula saltem prompti tui nem, atque artem sarcinatoriam didicit, hinc robustior ætate factus partim mercaturæ, partim sarci-

na-

natoriæ exercendæ causa in Angliam profectus, ubi quadriennium fere hæsit. Inde in Flandriam et Lisbonam peregrinatur, unde Lubecâ Leydam reversus juvenis admodum relictam cujusdam nautæ defuncti uxorem duxit, quæ illi duas peperit proles, ac Leydæ in domo tribus hale-bus insignita non ita procul à portâ, quâ iter est in Rovenhagerum, commoratur, cauponiam, cervisiam, vinumque vendens, exercet. Hic se rithmis vernaculis componendis ab ineunte ætate mirum in modum fatigat, unde Lithmologus, seu Dethoricaster in suâ linguâ habitus est, scholámque in

in hac arte erigit, camque promptitudinem discipulos ad se suâ veritate allectos docet. Ludos etiam varii generis a se patria lingua compositos in theatris et scenis populo publice, ut mos est in locis istis: / lucri gratia exhibet, quibus interdum joca, interdum obscena et turpia, raro verò seria et cum virtute conjuncta admiscet, quibus rebus ita ingenium suum exercuit, ita facundiam sermonis illecebris auxit et confirmavit, ita solertiam et versutiam misçuit, ut in quamcunque partem velit, populum flectere possit, & rogo sectò monstrum ex virtutibus, vitiisque mixtum di-

cere

cores. In sacris literis, maxime
biblicis versatus est, quas, quo ille
velit, pro sua libidine detorquet.
Omnis levitatis, lasciviæque
magister est, Adolescentes, Adule-
scentulásque promiscuè recepit,
lenocinium quoque clanculum facit,
hic pelulci adolescentes coeunt,
hic noctes, diesque potitant, hic
crapulantur, hic helluantur, hic
scortantur, hic lusitant, hic fi-
dibus, aliisque musicis instrumen-
tis canunt, hic facultates suas
profundunt. Interdum tamen
sarcinatoriam vel animi gra-
tiâ, vel honesti opificii prætextu
usurpat. Hinc hujus vitæ aut
perfugas, aut splendidiora affe-
ctans, cum insigne verbi divi-
ni Concionatores Monasterii
esse intelligeret, clam ab

uxore

nocere sua diversit, et discendi
avidilate illectus circa festum Pen-
thecostes Anni 1532.co secessit,
atque Hermanni Lameri civis
hospitio ad festum Jacobi usus
est, Hinc explorandae religio-
nis causa Onabrugam pro-
fectus est, unde propter Ana-
baptismum, quem palam spar-
gere coepit, profligatus est. In-
de Schoppingam ubi cum die
aliquot in aedibus Henrici
Krechtingii Gograviі eadem
fere anabaptistica polluti
haereret, suggestione Spiritus
nocte raptus est ad lectum
famulae aegrotantis ut eam
sua pharmaci et suo ba-
ptizandi ritu curaret. Hinc
Osseldiam, inde Monasterii,
cum regressus. Tandem cir-
ca

ca festum omnium Sanctorum
in patriam suam rediit, ibique
cum Matthysone de poedobapti-
smo egit et relinclusi est, mansitq;
in patria ad festum Nativita-
tis Christi. Inde cum Gerhardo
Thorn & Closter itineris comite,
Greylam, Roterodamum, Am-
stelodamum, Embhusiam, Alck-
mariam et alia loca in transver-
sum peragabant, rebaptizante,
quoscunque sibi obvios. Inde Ley-
dam reversi sunt, ubi non ul-
tra triduum haerente, Monaste-
rium ad 13. diem Januarii
anno 1534 redierunt, et a
Knipperdollingo hospitio ex-
cepti, conventicula cum Sten-
vico Dollio, aliisq; ejusdem
farinae concionatoribus creber-
rima et fere quotidiana age-

bant,

bant, consultationis suæ decreta, Ecclesiastæ in vulgus spargere, eoq; rem deducunt, ut Islam civitatem fere dementant et ex sui, lis insanos faciunt, Bokelsonem creante Legem. Reliquerat hic Bokelson uxorem suam patria vaferrimam, quæ eadem fere contaminata, quia maritum multos ibi blandiloquentia sua danculum seduxerat. Sed priusquam Monasterii obsidione solutum esset, a Magistratu Leydano apprehensa, temerarii schismatis pœnas gladio prendit. Fratrem habuit, quem secum in urbem adduxit. Soror vero Consulis Leydani nupsit, cui cum fortuna novercaretur, locum commutavit, nec tamen id

mul-

multum profuit, nam inop. ut dicitur. anno ut opinor 1568. è vivis excessit.

Accedam ad aulam Regis

Consecutus itaque re-giam Majestatem per Waren-dorpensis Prophetæ somnium, Palatinos seu Palatii sui Ministros, seu Aulicos se indignos, hoc est, scelera-tissimos quosque sibi de-legit, maxime vero hos, quo-rum collusione ad hos honoris fastigium emersit.

Officiorum distributio

Principio itaque ut suo ho-spiti imprimis gratificaretur, et subditorum rationem ha-beat, si regno aulo et dila-

ta

tato omnibus oneribus solus super-
ße non posit Knipper-
dollingo vicariam o-
peram et fiduciariam
regni administrationē
se absente vel occupato
committit.

Orator Regis
Bernardus Rotmānus
omnis motus author Lori-
pheus, et summus Concionator
sit nunc orator Regis

Regis a Consiliis
quatuor

Bernhardus Hommel-
ter,
Bernhardus Krechtin-
gus Pastor Gidthusianus,
Henricus Redeter Sel-
lio,
Gerardus Reinincx
Mer-

Mercator.

Quibus postea Christia-
num Kerckeringium
Patricium praefecit, tan-
quam dissentientium sen-
tentiarum Sequestrum..

Censor morum
Andreas Offeldianus..

Praefectus praetorio
Hermannus Lübecke Pa-
tricius, quem alii Praefe-
ctum palatii, seu Aulae
Magistrum appellant..

Archigrammateus
Henricus Kreutzingius
Jograrius Schoppinganus..

Regii a Secretis
Joannes Luthmannus..

Archimagirus
Bernhardus Zwollanus..

Prae

1964.

Praegustator
Gerhardus Feibbenbrock..

Structor
Eberhardus Reinestriver..

Regi a poculis
Walterus Schemmerinck..

Pylorus
Gerardus Bonnensis..

Cubicularii
Joannes Dullarpe.
Rupertus Kupperschleger..

Nomotophilax regius
Christophorus Salvesz.

Episcopi Filius, qui rerum bellicarum ignarus, perim, prudentiam è castris pro, pius ad urbem accedens, ab oppidanis eruptionem facientibus captus, et in urbem ad Regem ductus est, ob liberatiorem formam, quam prae se ferebat,

ja,

factus est Somotophilax regius.
Hermerodtronius.
Caspar Swinschlenck..
Otiarius
Joannes Tulmannus..
Togarius
Lubbertus Haverhoven..
Eronius
Henricus Oeverinck..
Organicus
Lubbertus Ostermannus..
habebat enim Rex organum
in aedibus suis parvum quidem,
sed tanta fistularum omnis
generis copia refertum, ut vocu
varietate sonorum suavitate
et singulari artificio, cum
maxime etiam certare posset,
hoc se suosque aulicos singu-
lis fere diebus in turba Regi-
norum et pellicum choreas
du-

1966.

ducem oblectabat.

Lyropoeus
Joanne Buschoducensis.
Satellites,
Regii 28.

Gerhardus Alverfell.
Hermannus Zillerbecke.
Georgius Fronime.
Henricus Osnaburgensis.
Petrus Bruxus.
Adrianus Trajectensis.
Turbam Zyll. Hessen.
Hermannus a Hessen.
Joanne Schuren.
Joanne Zilpinck.
Joanne Hesse.
Antonius Selshuis.
Hermannus Schiffenmacher.
Bernhardus Wichardus.
Henricus Santensis.
Ernestus Dammensis.

Eq.

Egbertus Scharlacher.
Joannes Brinck.
Bernhardus Fleischleger.
Gerhardus Schelve.
Joannes Langestrate.
Theodoricus Dusseldorp.
Infans Agrippinas.
Quirinus Aquensis.
Engelbertus Brinck.
Jacobus Aldenzel.
Otto Zellolt.
Joannes Sevenaensis.

Ensigers

Nilandus Knipperdollingo succesit, factúsque est Ensiger iisdemque Ministris, quibus Knipperdollingus antea usus est.

Architectus

Joannes Rerekoringus nothus in re militari exer-

ci-

citatissimus, fit Architectus, qui cum Gerardo Mackenbur-go, Joanne Daventria-co, et Antonio Groteva-dero collegis suis, magnam operariorum catervam regit

Portaprostatae 2.

Joanne Osenbecke.
Joanne Calvide.

Treopolii praefecti 2.

Bernardus Doentrup.
Gerhardus Krieste.

Frumenti praefecti 2.

Hermannus Reininck.
Bernardus Nemeteten.

qui etiam aromatum et placentarum custodiam habent.

Aurifaber

Hanso Doerstelt,

Mone.

Monetarius
Bernhardus Buschius.
Tonsor
Winoldus.
Pistor
Hermannus Slade.
Episcopi Portus.
Joannes Osseldianus.
Fabricator
Henricus Leädius.
Piscator
Hermannus Hagedorn.
Tabellarii Z.
Gosvinus Glasenmacker.
Henricus Alderzell.
Officiorum, quae ad
militiam pertinent,
distributio.
Praefecti Praetorii
Gerlacus a Nyllen
Lambertus Podius
Nobiles. Ma

1970.

Magister equitum
Joannes Kurserer pellio,
Dux præcipuus
totius pedestris ex-
ercitus
Conradus Kruese.
Signiferi 3.
Jnfans Aldenzelanus.
Joannes Sutiacus.
Christophorus Schoinhof.
Ductor præii,
pui exercitus.
Nequam Mulhemius.
Ductor Gregarior:
Speius.
Duo Cursorum
Arnoldus Aldenburgicus.
Præfecti armor: 2
Henricus Xantes.
Gerardus Marcoducanus

Acies

Acies Instructores Z.
Gerardus Marcoduranus.
Caspar Bornemannus.
Tympanista N.
Hermannus Marcoduranus.
His reliquisque officiis
quæ brevitatis causâ prudens
omitto, non aliter regiam suam
exornant, ac si regiâ stirpe
procreatus, regiis moribus im-
butus, ac inter Principes abin-
cunabulis educatus esset.

de Regio vestitu.

Interea dum hæc officiorum
fit distributio, ut et cum, quæ
Ministrorum turba singu-
bat, vestitu et corporis or-
namentis exprimeret, duas
coronas ex auro purissimo ful-
gentibus gemmis per certa
intervalla distinctas, sibi fie-
ri

ri jussit. Quarum altera turrico-
tis, quibus dam more regio ductis,
altera vero praeter turricolam istam,
crucem quoque ex aureis lami-
nis supra capitis verticem ge-
stans majori artificio more
Imperatorio ita elaborata est,
ut materiam opus fore sueverit,
unde non solum regnum, aut
partem aliquam mundi, verum
etiam totius orbis imperium
& monarchiam se consecuturum
animo concepit. Sorquis gem-
matis, aureis mediocri
magnitudini globis mundi
formam representans adhae-
ret, duobus gladiis transversis,
altero aureo, altero vero ar-
genteo transfixus à collo de-
pendet, inter capulos vero
gladiorum in suprema gla-

dii

Dii superficie crux aurea posita
fuit, cui hæc verba inscripta
fuerunt: sitim, sc. iniuriae
der gerechtigkeit uberall
vel unus Rex justitiæ su-
per omnia. Unde non obscure
se mundi Dominum esse signi-
ficavit, nec non sibi satis esse
putavit, nisi etiam magni
ponderis catena diversis gem-
mis fulgente in multiplice
orbe convoluta scapula am-
birent, vaginam gladii mili-
taris planè auream lateri ad.
ex eodem metallo calcaria fa-
cta pedibus accommodat, sceptrum regium tribus circu-
lis aureis ambitur. Crater
annulus variis gemmis micanti-
bus, quibus regii digiti exor-
nati riguerunt, signatorii-
um

um etiam annulum pondere vi-
ginti duorum florenorum ex
auro Rhenano, ac durione fa-
ctum ne assiduo assignandi
usu atterratarum indicii in-
duit, in cujus pala orbis
fuit duobus gladiis trans-
fixus, insigne regium. quem
hæc scriptura duplici cir-
cuitu ambiebat: der Scar-
rinck in dem innern Lem-
pel foret dit vor ein Ex-
empel:

Hunc Eberhardus ab
Ehrenberg vir humanitate do-
ctrinâ, experientiâ et longo
rerum usu excellentissima
à Principe in mnemosyni
loco post recuperatam ur-
bem sibi donatum, morien-
di Senatui Com. cum
re-

regii, quibus dam armis inser-
pelliam rei memoriam conser-
vandum legavit, qui tanquam
memorabile tristissimæ cladis
exemplum in conclavi Senato-
rio conservatur, et quotidiano
conspectui objectus Magistra-
tum sui officii admonere, et
à simili calamitate conservare
potuisset. Hunc tamen Sena-
tus vel antiquitatis negli-
gens, vel Westphalica quadam
posteritatis invidia, vel po-
tius ut tantæ cladis memori-
am et luctum perpetuum
animis civium sensim exone-
ret, et publicum commodum
augeret, à se alienavit, et
Davido Knopio etiam
inter Italos artis nomine
aurifabro clarissimo vendi-
dit.

dit. Sessibus etiam aliis ornamentis respondens et plus quàm regius, quem pro arbitrio sæpe commutat, nunc etiam rariantem coccinem et purpuream, nunc holosericam villosam, nunc damascenam nigram, alteriusve coloribus pelibus ferarum subductam, nunc undelatam varijs imbrium figuris adumbratam, nunc sybomam auro argentove intextam, nunc bombicinam manicis consciis et aureis fibulis subtectis et religatis, raro verò laneam vestem in publicum prodituru indit.

Saterones et Satellites regii colore rubro, cæruleoque interstincto amictu, et in alterâ ma-

manica figuram mundi, duo-
bus gladijs transversis transfi-
xam et inter gladiorum capu-
lo crucem habentem gerunt.
Cuique etiam Aubicorne
pro tituło sui honoris non ali-
ter quàm qui in Sceni Specta-
cula exhibent vestitum sibi
effingit 12. Seniores et Prophe-
ta, penes quos in superiori
Reipubl. formâ imperium
fuit, humili et simplici ute-
bantur vestitu, nunc vero cu
aurum, argentum tam pu-
blicum, quàm privatum,
pallia sacra, reliquáque sy-
donea, serica, purpureaque
ornamenta deo dicata è
templis rapta, et ad se delata
sint, sibique omnia tam
publica, quàm privata,

sub-

subjecerint, verósque cives suis conatibus interecedentes trucidaverint, pro sua libidine rebus, alieno labore quæsitis, se ornant.

Non satis erat stulto et amenti populo scenicum Regem et Scortorum præsidem admittere, nisi etiam scenicas meretrices, Reginas dicere volui, admittant. Elegantissimas enim formâ puellas eligit, quarum nulla præter præcipuam Reginam, vicesimum ætatis suæ annum exceperat, easque sibi omnes matrimonio copulat, quarum nomina subsequuntur.

De Reginis.

Viraga Harlemica.

Matthissonis Prophetæ in temerariâ illâ erupti-

one

one occisi Uxor, mulier me-
diocri Staturâ obesula, cujus
genæ lacteo candore permisto
rubent, oculi scintillant, Hæc
heroicam quamdam gravitatem
in incessu præ se fert, et venu-
state cæteras excellit, non im-
merito itaque earum proce-
puam Reginam cui
reliquæ sine invidiâ pa-
reant, creat.

Maria Hester⁹,
Catharina Neilinges,
Anna Laurentz,
Angela Sexteringes,
Anna, Avermeyes,
Elisabeth Sandscherers,
Catharina, Avermeyes,
Elisabeth, Dreyßger,
Anna, Knipperdollinges
privigna Knipperdollingi-
le,

legitima vero filia Matthiæ Sarsebecke cognomine Zelemacher.

Anna Sibberbroche,
Christina Rodde.
Margaretha Nodersone.
Elisabeth Bussehoduesis.
Margaretha Brolle.
Alia quædam: cujus nomen, cum adhuc superstit: prudens prætereo, quæ cum nondum ætate, matura viro esset, ita in primo congressu à Rege corrupta est, ut necesse habuerit, à Knuppero uxore chyurgiam exercente, curari, hæc pristinæ sanitate recepta, adeo à Regis consuetudine abhorruit, ut adipsum non redierit.

Sa-

Iacco hic alias foemi-
nas, quarum consuetudi-
ne usus fuerit, priusquam
sceptra invaderet.
Harum omnium duae
tantum nempe Divara pro-
cipua Regina et Margaretha
Kodersorore foeminae regi
proles peperierunt, quarum
alteram, cum die Solis nasce-
retur, à litera ejus diei A:
Averalle V. Super omnia.
Alteram verò cum die Lunae
oreretur à B. Felicitatem
V. Gaudentiam appellarit.
Septem enim prioribus alpha-
bethi literis septem hebdoma-
dae dies signavit et distinxit,
ita ut diei solis litera A.
Lunae vero B. et sic deinceps
tribueret. Quandocunque
igi-

igitur partus in urbe auditur, regi protinus nunciatur, populum Israheliticum et regnum suum prole novâ esse auctum, Rex illi nomen imponet, ita tamen, ut primus nominis character, littera diei sit, in quâ nata est, pauciss[i]ma tamen, quæ in urbis obsidio, ne nuptias celebraverant, pariunt, sed divino fortassis nutu sterilescunt, & ne ex tam pernitiosâ venere et impurissimo poligamiæ complexu in pernitiem Resp. posteritas excitatur. Monstra enim scelerum et vitiosa sine dubio progenies, prouerbio monente, ex vitiosis parentibus suis est orta, pariunt itaque hæ, quæ ante obsidionem

nem

nem uterum ferebant.

Delegit etiam Lea sibi non inter plebeyas, sed in campo Dominico non humile, sed omnium ferè splendidissimam aulam nempe Melchioris de Bueren Cellarii, in proximâ verò domo ad Solis exortum ubi prætoritus summa ædis habitare consuevit, Gyneceum fuit, hoc est Reginarum aula, ad quam per murum essradium fit aditus. Tanta est Reginis ex diverso colore vestium copia, tantus ornatus, tot catenæ, tot monilia, tot annuli gemmati, tot absque gemmis, ut hoc Westphalicum gyneceum cum imperatoria certare videatur.

Ita.

1984.

Præcipuæ Reginæ
Aulici.

Præfectus prætorio
vel Magister Aulæ
Henricus Rodeus.
Archimagirus
Petrus Cimmerius.
Pistorius
Joannes a Seil.
Cubicularius
Joannes Leydanus.
Cincerna
Fredericus Suffel.
Structor
Engelbertus Schemerinck
Satellites quatuor
viridi et spadi-
ceo vestitu armi-
ati.
Andreas Foester.
Henricus Sivelt.

Lam.

Lambertus Dilthreff,
Joannes Hertlager.
Pyropoeus
Henricus Millerhreff.
Coquus
Eberhardus Horhage,
Homerodromus
Alexander Buschodicg.
Pistrinus
Gerardus Holtinck.
Ne autem in tanta Regi
narum seu pellicum turbâ
de foedo amoris Symbolo posca,
do ulla oriatur contentio, lex
tabulam fieri fecit, cui Regi,
narum nomina per ordine
inscripsit, singulisq; nomini,
bus singula foramina â ica,
pite terebello addidit, quibus
bacillum immittendum a.
potavit, non aliter quàm in
Colle,

Collegii ordo canonicorum
in tabulâ suspensa præfigitur.
Unde à bacillo imposito de-
prehendi solet, quem in cho-
ro canendi ordo tangat.
Rex itaque mensæ accum-
bens et Reginas seu pellices
circumquaque sibi in præ-
dio adjunctas habens, solo
aspectu, noctis, quam vellet
futuræ Sociam delegit,
neque eam verbis aut nu-
tibus, aliisve signis, sed ba-
cillo nomini ejus in taba-
lâ appposito signavit, ita
signata, sine aliarum con-
tumelia et invidia re-
giam noctem apperitur.
Si vero veneri inepta sit,
bacillum in aliud nomen
cui placet transfert.

Se-

Repurgata itaque regio thoro,
neque nausæ regiæ majestati
noceatur, balneum ingreditur,
lavatur, odoriferis liquoribus
perfunditur, bysso, purpuraque
induitur, articuli annulorum
multitudine rigent, catenis
et monilibus collum ambitur,
comæ auro substringuntur, vi-
rentibus aliisque gratibusque sertis
tempora cinguntur, bombyci-
no pectus et utera obtegitur,
per tenuissimam Sydonem
genuina, libera resplendent.
et ut semel dicam, omnia,
quæ reverendam ciere queant, per
effictas anus, quasi magistras,
et hac in re exercitatas ap-
parantur. Ita autem lex
voluptati et pedi libidini
indulget, ut interim ea, quæ

ad

1988.

ad Reipubl. conservationem
pertineant, non negligat, Ju-
dicia ergo cùm ad tranquillita-
tem urbis necessaria esse vide-
ret, conservat, et se Judicem
solum constituit. Solium in
foro e regione libræ juxta for-
nicum finem et ædes Dor hostii
magnificum et rege dignum,
tribu e terrâ gradibus erigitur,
quod in adventu legis interdum
aureis, interdum purpureis
tapetibus et serici subtilibus
exornatur. Stato tempore, singulis
hebdomadis, causas populi au-
diturus solemni anticorum
pompâ et apparatu regio
eques commeat.

Pompa qua Rex vocat:

Primùm lituis et tubis ca-
mentibus peractus a Vul-
ser

ler, ac Lambertus Leodi-
us, Joannes Surlexer et Con-
radus Struse, plumeis api-
cibus crepitantibus aulæ foribus
egrediuntur, hos sequuntur
purpurati et catenati Consi-
liarii bini Gerhardus
Zumtelosser, Bernhar-
dus Strechtinx, Henri-
cus Sedeler et Gerhar-
dus Reininck, inde Ger-
mannus Libertæ præ-
fectus prætorio solvente
Regem album Scipione
gestans, hinc Rex co-
ronatus, regiisq; orna-
mentis convestitus feroci
et phalerato insidens e-
quo prodit, atque fastu
quodam invehitur, quem
duo pueri liberalioris

for-

formæ eleganter vestiti proce-
dunt, quorum dexter biblio-
rum codicem, sinister vero
strictum gladium, utriusque
politiæ, tam profanæ quam
ecclesiasticæ præfert, Knip-
perdollingus autem Re-
gium Legatum et Bernhar-
dus Rotmannus Orator
Regem subsequuntur, hos
Christianus Kerkerius
Consiliariorum sequester,
et Henricus Krechtius
Archigrammateus, hos
Nilandus Ensiger cum
sedis ministris, hinc reli-
qua aulicorum et mini-
strorum turba, sed 28. Sa-
tellites regia latera u-
trimque claudentes, popu-
lum undique catervatim
pro-

populiq; accurrentem in fueta,
que admirantem et certatim
aspectantem arcent.
Cum ad forum venitur,
Memordromo regio retinente
equum Rex Solium, sibi
exornatum conscendit,
Sceptrúmque dextra quatiens,
ad se convertens advocat, se
enim justo omnes lites decreto
dirempturum. Jbi / bone
Deus! causa turpissima et
castis auribus dignissima
turpissimo Judici decidenda
efferuntur, de incestu, de for-
nicatione, de adulterio, de
impotentia conjugali, de
conjugum divortio de ma-
trimonii distractione, de
reliquis rebus fœdissimis.
Maxima autem controver-

sia

sia fuit inter conjuges de-
negato sibi utrimque debito
conjugale quærente. Quæ in-
obedientia extremo sæpe supp-
plicio plectabatur, ut postea
dicetur. Peracto Judicio ea-
dem pompa eo, quo venerat, re-
dit. Reginar: pompa.
Sæpe etiam concionej audiendi
causa Rex totus q; populus
ad forum convenit, Ad quas
Regina quoque mitiori equo
villosa purpura strato, et ab
homorodromo strato et ab
hippodromo ducto insidens ac-
cedit. At Henricus Rex,
de aulæ præfecto, aliisque
aulicis quibusdam procuran-
bus, reliquis verò sortis vel
pellicibus longo ordine sub-
sequentibus et a Satellitibus

utrumque latus defensanti-
bus in proximas libras ades
concedit, ubi ipsa adversum
Legi sericis pulvillis incumben-
alijs aulicis et pellicibus circum-
sedentibus concionem audit.
Ecclesiastes autem juxta le-
gem regiumque tribunal
è suggestu aditiore ibi exstru-
cto, verba ad populum facit,
suoque more concionatur.
Interdum post concionē
pomeridianam lege chorago
aulici, aliique quotquot vole-
bant, permixtas ad satieta-
tem duxere choreas.
Praterea ut Rex
se non solum æqualem, sed
et superiorem cunctis mundi
Principibus faciat, numi-
smata tam aurea,

quam

quam argentea inaequali valoris et magnitudinij, cum magnificâ inscriptione cudit, in cujus uno latere in mediâ superficie haec fuere scripta:
Verbum caro factum est, et habitabit in nobis
in circumferentia:
Dei non est natus ex aqua et Spiritu non potest intrare.
in altero latere vero perficitur sensus his verbis:
in regnum Dei. Unus Deus justus super omnes.
Unus Deus, una fides, unum baptisma.
in medio ejusdem lateris N. 534. Monasterii utriusque numismatis,

tam

tam majori, quam minori veram effigiem, formam et magnitudinem cum inscri, ptionibus figura demonstrant.

Siquis oppidanorum Regem, aliosque proceres urbis sexatus, polygamus esse aut plures nuptias celebrare affectaret, legem tanquam paranimphum adit, sponsasque secum adducit. Ubi autem hexa voluntatem inquirendo, atque consensum utrimque intellexisset, quos / inquit / Deus copulavit homo non separabit: itaque ergo juxta praeceptum Dei; multiplicamini et replete terram.

Princeps malitiæ et

et rebellionem in urbe jam
quotidie incrementum sumere
sentiens, vehementer animo per-
turbatur, et cum ex captivis
et transfugis accepisset, oppi-
danos contra Imperii decreta,
contra æquitatem, contra jus
divinum pariter et huma-
num jusjurandum violasse,
suum Magistratum con-
tempsisse, qui omnes leges
antiquas abrogaverit, nova
et inusitata substituerit,
omnia sacra profanave-
rit, sua somnia in locum
reposuerit, et coli præcepe-
rit, adeo jam libidine in-
domitâ, aliisque flagi-
tiis, honestis auribus indi-
gnis, omnes flagrare,
ut tota jam urbs luxur-
bana

bana fornix et foedissimum
prodibulum sit, nec virgo 12.
annorum intra mœnia deprehendatur, adeo omnia esse corrupta et deturbata ut nihil sani et à turpitudine alienum superesset.
Omnes ergo militiæ Præfectos ad diem 14. Aug. de retundenda rebellium pervicacia et impietate advocat.
Et cum forte Archiepiscopus Colonienſis, Palatinus, Dux de Rubenhagen, Comites de Scheverenburg, Isenburg, Nassaw, Waldeck, Neuwemar, Ubersteinn, Benthem et Wedda, aliique militaris ordinis viri complures rei bellicæ peritissimi, vel

ani-

animi gratiâ vel oppugnatio-
nis invadendæ studio in castris
adsent, à Principe quoque
nostro ad hanc consultatio-
nem benignis verbis invitan-
tur. Et cùm diu ultro, citro-
que aliis hoc, aliis verò illud
sit sit: / suadentibus in con-
silio rem volvissent, tandem
decernunt: Legationem pu-
blicam prius in urbem mitten-
dam, si forte æquis conditio-
nibus citra magnas impen-
sas et sanguinis effusionem
se dedant. Sin illud facere
nolint, urbem summis viri-
bus esse oppugnandam et
solitudinem oppidanorum,
quanto cum apparatu bellico
queat, fieri tentandam.
Hoc etiam in militari hac
con-

consultatione decernitur,
ut Principes, Comites, Supremi
militiæ Domini Barones, et
militaris ordinis viri se oppugnatione abstineant, sed
cum æquitatu in locis sibi
designandis sese turmatim
sustineant. Si autem oppugnatio ab oppidanis vel provocetur, vel vi repellatur, aut
utile, necessariumque Commilitibus de Scassau, Scenenar, Wertheim & Oberstein a
Dreitzeire visum fuerit, ut
ab equitatu impressio augeatur, roborentur, et Supremi militiæ Domini in locis,
ubi necessitas exegerit, ad
militarem irruptionem exstimulandam ab equis descenderint, sub his quoque
mi-

militantes, turmæ relictis pu-
bitò equis oppugnantium
animos suo robore et exemplo
excitent et erigant; præterea
equitatu pòst captam in-
tromissus à directione sibi
temperabit, sed Magistros
equitum, suáque signa
turmatim sequetur.

Legatio in urbe mittit.

Hæc Legatio igitur liberâ
veniendi, recedendique securi-
tate impetrata, datisque
utrimque ad trium hora-
rum spatium induciis 25.
Augusti in urbem est ad-
missa. Et quanquam ad
oppidanos, omnésque per-
tineret, eámque tamen nisi
coram solo Rege et pauciss-
mis Aulicis obire non li-
cuit,

cuit fuit autem hujus Le-
gationis Summa: Cunci-
pem insignis clementiæ exem-
plum oppidanis exhibiturum,
ipsis q; vitam donaturum,
et omnis superioris injuriæ
et admissi flagitii memoriã
depositurum, si impietatis
et rebellionis pertæsi inermes
urbe excedant, eámque sibi
dedant. Si verò illud facturi
non sint, sed in rebellione super-
iori persistiterint, se per vos
sanguine viam facturum.

Adque Rex:
Se hostis clementiam, quæ
mera sit tyrannis sibi po-
pulóque suo non optare,
sufficere sibi Patris cæle-
stis clementiam, At hæc
blasphemiam insignem

se

esse existimare, à se clementiam Avitæ beneficium præcedere, qui ipse clementiæ Avitæ in opes sit, postremò se nullius impietatis aut rebellionis sibi conscium esse, cum verbo Dei pareant, illudque pro vivendi norma habeant: ipsum Episcopum potius esse impium et rebellem, qui destinatâ quadam rebellione et pertinaciâ ruptis fœderibus pios ad præscriptum verbi Dei viventes sine publicâ belli denunciatione armis persequatur. Cum hæc ita sint, se neque arma pro defensione Evangelii sumpturos, neque urbem suam, quasi malum omnium deditiros, sed ad extremum habitum defensuros, et sanguinem

tan.

tandem ~~quam~~ summ: si necessitas
exegat: pro gloria Dei fusu-
ros.

Princeps ubi cognovit legationem illam ad populum non admissam, et a Rege Senio pro nihilo pene habitam, iam, ut ergo qui ex oppidani à Legatis intelligere non potuerant, aliâ ratione intelligant, Litera passim è castris ad arcubus telis affigatae et sigillo Principis confirmatae 26. Augusti in urbem mittit.

Literarum 26. Aug. ex arcubus in urbem missarum haec fuit Sententia:

Caliquotiens ut innocentia parceretur, detentoribus urbis vio-

violentis eam deserentibus et transgressionis agnoscentibus liborum exeundi commeatum, delicti gratiam et vitæ beneficium suis literis benigne obtulisse neque fidem adhuc dictam nulli violasse unquam, se nunc quoque eandem gratiam omnibus clementer exhibiturum, qui ante horam quintam pomeridianam diei Jovis futuræ urbem gratiam oppetentes deseruerint, eo vero tempore lapso, quid durius adversus oppidanos benignas admonitiones temere exaudientes decreverit, se suis scriptis coram Deo et omnibus mundi hominibus publice purgaturum.

Quod cum Regi nunc

ciaretur, edixit praeterea
ne quis liberaj ab hostibus im-
pius in sanctam civitatem spar-
sas, humo tollat et contractat,
quibus ab impolluta Evangelii
doctrina ad defectionem folli-
cientur. transgressores vlti-
mo supplicio afficiendos et e
christianorum numero tollen-
dos esse denunciat.
Hoc Regis edictum tantum
oppidanis terrorem inculit, ut
de defectione nemo quicquam
cogitare, nedum verba facere
audeat.
Rex etiam, ut regni
sui robur cognoscat, omni-
um nomi quos fuerit nomina u-
triusque sexus libello cujus-
dam, nonenle Prophetae,
inscribi jussit, quem a
bono

bono viro donatur um
mihi, non sine causâ co,
servo.

Princeps se privina par
te decreti Superiori Consilii ni,
hil efficere posse videns, cum in
eadem rebellionis pertinaciâ op,
pidani perseverarent. Ad altera
igitur partem necessario confugi,
endum esse existimavit. Com,
paratis itaque omnibus, quæ
ad oppugnationem necessa,
ria visa esse sunt, 28 Augusti
urbem ex quatuor par
tibus tormentis quater
invicipit, quorum horrenda
tonitrua ultra decem et sex
milliaria Westphalica da,
rescunt, et in pagis villisque
vicinioribus, vitreas fenestras,
aut è suis sedibus excutiunt,

aut

aut plumbo assiduo tremore
concusso frangunt. Plerœque
portæ civitatis dissolutis com-
pagibus sternuntur, quædam nu-
tantes, ruinámque minantes
pendent, quæ ne in fossas præ-
cipites ruant funibus ab oppida-
nis attrahuntur, turres in mœ-
nibus stantes sphæris ferreis im-
pulsæ evertuntur, et defensio-
nes inde deturbantur. Et cum
è turri ædis Marianæ Gel-
drii magna clades missilibus
inferetur, multum laboris
et impensæ in eâ dejiciendâ
frustrà consumitur: habet e-
nim firmissimam basim et pa-
trio marmore et calce tena-
ciore consolidatam, quæ quor-
vis tormentorum ictus facile
respuit, arroditur tamen ejus

aspe-

apes ab occasu, sed sine fructu
cacumina et pinna murorum,
ab occasu æstuali inter porta
Jugulensanam et Trucis, usque
ad vallum in urbe abjectam sine
magnâ tamen munitionis noxâ
quassentur et abradantur. Sæ-
pe etiam tegulæ domorum in
pomeriis erroe tanto magno
cum fragore corruunt. Ita
saxa muris dissoluta et evulsa
volant, ut in locis pomerio vi-
cinis sine discrimine versari
non liceret. Tanta fumorum,
instar magnorum montium,
moles conglobata attollitur,
ut partim è pulvere nitrato,
partim aliarum rerum cui-
nâ sine intermissione excita,
tâ aërem oppleat, tantâque
caligine solis lucem obscurat,

ut

ut velam horrifica tonitrua, maximéque imbres minari cernimus. Quidquid autem murorum dejicitur, quidquid munitionum interdiu labefactatur, mulieres quorundam virorum ductu excitatae nocte reparant, ne viri eo labore defatigati vires suas debilitent, sed integra futuræ oppugnationi reservent. Apparant tamen omne genus armorum, quæ ad arcendum hostem conducunt, neque ullum telum, nisi hostem feriat, ejiciunt. Sed in propugnaculis firmioribus, quasi conspiciti exspectantes hostium impressionem taciti et securi degunt. Quædam fœminæ in aggeribus per certa intervalla cacabos et ahena capacissima di-

disponunt, calcem pro matu-
tino feraculo hosti coquente.
Alia supra serta ligneis ori-
culis involuta furculis quibus-
dam hoc comparatis liquefac-
ta resina et picis immergunt.
Alia saxa, in hostem desuper
rotanda congerunt. Pueri
quoque decem aut plurium
annorum adjaculandum e-
docti hyrundinea cavea, ali-
ags inter aggeres crymata
occupante, adversus hostes
disponuntur. Quibus tamen
viri corvatiores et in re milita-
ri exercitatiores admiscentur,
neque quisquam in urbe est,
cui non est suum officium.
Rex ipse equo per pomeria
urbis vectus omnia ad tute-
lam et defensionem necessa-
ria

ria dispositi, cuique bonorum,
quem aut vivum aut mortuum
teneat, defendendum tribuit,
simulq; diem oppugnationis;
quem à transfugis quibusdã
acceperat; quasi Spiritu
prophetico afflatus prædixit.
Partitur ita oppidano, ut
quidem munitionibus defen-
dendis sint occupati, alios
per manipulos passim in fo-
moeniis collocat, qui aut de-
fatigatis aut depulsis à
defensione murorum succe-
dant, aut hostes munitionis
forte superantes excipiant,
aliam quam multitudinem
in foro armatam et ad quam
cunque belli aleam para-
tam constituit. Severo cum
sortis simorum juvenum
globo

globo proximi in arbe vigilatorum, ne quid proditionis metuatur, promittit. Ita autem à Lege ad futuram impressio, nem animantur, ut jam tempus suadere optarent, quo hosti, bus internecionem adferant, sibi verò victoriam pariant, Cum autem munitiones jam triduum continuum tormentis quassatæ, militésque à suis ducibus fortitudinis militarisque Sacramenti eximiis orationibus intra ea, stria admoniti fuissent, ultima à die Augusti, qua Nundinæ Frevonianæ eo anno peragerentur, in ipso crepusculo matutino ho, ra quintâ machina quæ, dam ænea à Landgravio

in

in præsidium obsidionis missa,
Diaboli nomen circumse-
rens, omnibus militibus à ter-
rifico suo bombo cognita, in-
genti ponderis globo foeta,
horrendo boatu partum suum
edit, et ex composito, uti inter
milites duces convenerat, mi-
lites ad oppugnandum urbem,
hoc signo compellit. Continuo
equitatus lituorum, tuba-
rumque clangore concitus
turmatim circum urbem in
equis hoeret. Et cum tym-
panista ad arma sonaret, ex
omnibus castris primum si-
gniferi, duplicariique mili-
tes simul omnes certatim,
a sex partibus urbem adori-
untur, currus cum viminibus
fasciculis, Straminibus et

ere-

ericij in ipsum impressionis-
sent, in priorij fossa præ-
cipitant. Alij viminei crati-
bus incumbentes eas transeunt,
et crates roboreas sepimentum
aggeris rumpunt, gladijsque
findunt. Alij reliquis de-
jectarum portarum scalas
uncatas affigunt, scandúntq;
alij valvas foréisque subitò
pulvere tormentario cardini-
bus ejicere conantur, nullíq;
labori, quem utilem sibi fore
existimarent, parcunt, qui-
dam etiam Signiferi ipsis
muris insidentes auxilium
suorum implorant.
Oppidani vero fortiter ag-
gressuum impetum non
modo sustinerent, verùm etiam
magnam eorum partem, vel
mu-

munitionibus impeditam, vel
veperibus aggeris irretitam mis-
silibus interficiunt. Alii scalas
pulcatas, illicque inhærentes
dejiciunt, miseroque casu terræ
illos enecant. Illi muros ap-
prehensantes præcisis manibus
mutilant. Alii trabes in valli
cacumine suspensas, funibus
resectis solvunt, quorum pre-
cipiti rotatu in aggere con-
stitentes perimuntur, aut pro-
pas precipitantur. Illi de-
va dentata scandentium ca-
pita frustra galeâ tecta, tan-
tâ vi feriunt, ut effuso cere-
bro, magno cum boatu spi-
ritum quoque amitterent.
Alii hastâ ascendentes detru-
dunt, illi bipenne dipecant,
hi accurrentes saxis eminus

arcent,

arcent, illo in carris hgrundi-
neis, aliisve defensaculis lati-
tantes per fossas tranantes, aut
in aggere hærentes, de transver-
so trajiciunt; miserrimum
belli genus à mulieribus il-
latum est, quarum aliæ re-
ceptaculis ligneis ferventem
calcem in hostem munitionem
subeuntem effundunt; aliæ
picem coronæ adhibitæ face
incendunt, atque ita flagra-
tes furculis quibusdam ferreis
in ascendentium colla injici-
unt, qui horrendis flammis
ipsa arma penetrantibus
excruciati, sursum deor-
sumque curritant, majorique
motu flammas excitant,
et frustra chyrateriscè cras-
sioribus ferarum pellibus

ad

ad hoc comparati, ardentia
scuta reprimere tentant, ita eni
flagranti resinâ et pice tenaci
contrahuntur, ut manus invere,
trahere nequeant. Tandem qui-
dam eorum proni concidunt,
seseque in terrâ algenti prae
intollerabili cruciatu ita volvunt,
ut herbae circumquaque emar-
cescerent, hinc atm magno tamen
clamore animam evomunt;
alii verò conceptas flammas
restincturi in fossas prorumpunt,
et pondere armorum depressi
subsidunt. Inter portam
Neopontanam et crucis
quasi ea pars urbis defen-
soribus nudata esset, hostem
primam possam, vallumque
superare sinunt. Id cum
posteriores animadverterent,

prio-

priores in urbem evasisse ex-
istimant, magno proinde
nisi subsequatur alius alium
ad invadendum et verbis et
nutibus exstimulat. Letin-
cti vero in insidiis, tectisque
propugnaculis latitantes
et omnia ad mactandum
parata habentes, ubi satis ho-
stium vallum transisse pu-
tarent, tanto telorum tur-
bine eos invadunt, et ad satie-
tatem sternunt, ut pauci
se fuga eriperent, non enim
aliter ibi chytrombardæ, qua
arengarum ova in ignem
conjecta sonant et sine in-
termissione crepant. Ita
repulsi novis sæpe viri-
bus impellente equitatu
impressionem redintegrant,

cam-

eámque ad vesperam ejus diei
magná suorum strage continu,
ant, sed frustrá. Sandem viri
diuturnitate oppugnationis
defatigati, lassitudine prope,
modum exanimati, vulneri,
búsq; confecti, non solum mu,
ros et aggeres, verum etiam
fossarum aquas et campos sa,
guine suorum commilitonũ
rubere, et innumera cadavera
passim prostrata, videntes,
spem potiunda urbis abji,
ciunt.

Duces igitur milites
in angustum adductos esse
sententientes, desperatis jam
quasi rebus suis, receptui
canunt, integrósque pedites
ad castra revocant. Multi
semianimes inter cadavera

ju,

fuſi, reſumpto ſpiritu in quie-
te nocturna vel ad caſtra re-
punt, vel eo deferuntur.
Dicit vix quicquam: quantus
in caſtris fuit luctus virorum,
clariſſimos ſuos commilitones
deſiderantium, quantus fletus
vulneratorum intollerabilem
cruciatum ſentientium, quan-
tus ululatus fœminarum ma-
rito amiſſos querentium.
Si retinctis non fuiſſet ſatis
poſtem a movendis propulſare,
ſed in tanta perturbatione eru-
piſſent, caſtra aliquot ſine
dubio fundiſſent et interneci-
one delediſſent, id cum miles
metueret, vigilias nocturnas
accurate diſponit.
Poſt expletiſſimam illa
victoriam Oppidanis
cum

cùm paucissimi nempe duae
et sex cecidissent, non solùm
hymnos, Deo gratias agente, ca-
nunt, verùm etiam epulantur,
festos lætósque dies agunt, et
insolentiores fiunt.

Principes verò non tam
impensarum, quàm insignium
virorum clade consternatus
gemit, et animo vehementer an-
gitur, non tamen spem potiun-
dæ urbis prorsus abjicit.

Ad Vicecomitis ordines militiæ
duces, Signiferos, Centurriones,
et primipylos de rebus futuris
consultandi gratiâ, ad 3. di-
em Septembris convocat.
Qui ut urbem vi non posse ca-
pi animadvertunt, ad moras
consilium vertunt, sic enim
rem minori impendio et

dar-

dave militum posse peragi existimant, maxime cum à transfugis accepissent, oppida, nos de commeatu penuria inci, pere quæri, hordeum siligini ad panem misceri, coemiteria, aliásque in urbe areas, imò ipsos urbis vias, siliciby dimo, tis frumento, oleribus, radici, bus, rapis et similibus, adusu hominum necessariis consitos esse, qua omnia certissima sint argumenta, ipsos de an, nonâ desperare, et parumre, rum necessarium ipsis Su, peresse, unanimi ergo consilio decernunt, militum numeru esse ~~augendum~~ minuendum, et circum urbem per certa intervalla Septem ~~octoginta~~ propugnacula seu castel,

la

lacesse erigenda, eademque mu-
nitionibus et sufficienti presi-
dio, aliisque rebus ad bellum
pertinentibus firmanda; inter-
stitia quoque inter singula pro-
pugnacula valle fossâque con-
tinuo ductus esse obstruenda,
ut tam accessus ad urbem, qua
egressus omnibus præcludatur.
Huic rei conficiendæ Wil-
helmus Stedingus præfici-
tur. Eadem enim in comi-
tiis Vendianis proponen-
tur: ad quæ præter Epi-
scopum Monast: Archie-
piscopus Coloniensis, Dux
Saxoniæ, Elector, Dux Ba-
variæ, aliique proceres conve-
nerant: placuit et pluri-
mùm commoditatis adferre
visum est, si Episcopus no-
ster

ster trecentos equites armatos semper in promptu habeat, qui oppidanos, eruptionem forte molientes, aut repellant, aut interficiant.

Præscriptaque per literas 4 Septembris ei missa Satrapis et præfectis suis passim per Diœcesim serio mandat, ut servorum turbas, nullâ ratione habitâ cujuscunque sint servi ad 7. diem Septembris fodiendi, terramque coacervandi gratiâ advocent, ac singuli in quintum diem commeatu se muniant, elapsisve diebus quinque, alias servorum turmas mittant, ne opus cœptum intermittatur.

Ipsi quoque Satrapæ

pœ suâ præsentiâ suas agricolas
ad continuum laborem exstimu-
lant, eo labore, antequam cœ-
stella locentur, et contra oppi-
danorum impetum muniantur
magna pars authumni consu-
mitur.

Septem hinc erecti ca-
stellis totidem Saccorum
præsidiis præficiuntur

IV.

Proximum ferè urbi fuit
Mauritianum, cui Wilkii,
aut Stedingus omnis
pœstrij exercitûs Duæ
primarius præst.

2.

Alterum in valle juxta
positum Dralsagen ex-
structur, quod Hanso
Teutoburgicus mo-
dera-

deratur.

3.

Tertium supra Feistam juxta molem flatilem Xenodochii attolitur, quod Antonius Lichterte regit.

4.

Quartum supra teltam ad portam Marianam ponitur quod Hermannus Sittardus administravit.

5.

Quintum ad portam Judefeldanam in confinio pratorum Stephani Roevenn et Fratrum Fontispalientium erigitur, cui Egbertus Deverous imperat.

6.

Sextum juxta locum Dei, stacken appellatum ad portam

tam

tam Crici excitatur, quod Laurentius Horstanus gubernat.

V.

Septimum apud molam Vinckinganam juxta campum ibi acclivem locatur, cujus sceptra Wilhelmus Arnhemicus tenet. Singulis autem stativis tormenta et quingentorum armatorum praesidium imponitur, reliqui militis parcendarium sumptuum gratia paullatim exauctorantur. Cum haec agantur, Principes difficilem hanc et periculosam obsidionem videre coepit impensis diutius sustinere non posse videns, nam solum attrita, verum et

iam

iam crebris exactionibus ex-
hausta propemodum erant
subditorum facultates, cum
ultra 600,000 florenorum
rum in hoc bellum insum-
psisset, de consensu omnium
Dioecesanorum Legationes
ad 4. Electores Mogun-
tinum, Coloniensem, Tre-
virensem et Palatinum
ac Principis trium provinci-
arum Germaniae Rhenano
inferioris, et Westphalicae audi-
tia petitum misit.
Divisa enim est Germania
in aliquot provincias (quas
Circulos vulgus vocat).
Haec autem Legatio a-
pud omnes tam benigne ex-
audita est, ut in comitia
confluentia ipso die Lunae

que

quæ fuit 13. Decembris. celebranda citra tergiversatio-nem consentirent, in quibus ea illa exactius discuteretur. Quæ autem in eo conventu auxilia sint decreta, loco suo dicetur.

Legati Saxo-Feldani et Le-gati Transylvanici, qui ante urbis obsidionem, cùm sibi timerent, et urbe et Diœcesi excesserant, Archiepiscopo Colonienſi, Duci Saxoniæ, aliisque Principibus pro libero commeatu in Diœcesi Monaster. impetrando supplicant: Se apud Principem et quoslibet alios de quocunque crimine objecto purgaturos. Hos Archiepiscopus Arensburgum ad 6. Diem Septem-bris

bris vocat, ubi ipsos præsentibus Monasteriensium Consiliariis de responsum recepturos.

Post hanc postremam oppugnationis cladem multi milites desertores militiæ fiunt, cùm tamen de Stipendiis sibi addictis mora quæri non possit, provinciæ Episcopus per scripta 14. Septembris emissa à viciinis Principibus familiariter petit, ut milites per suas ditiones sine Ducis sui commeatu transire volentes remorentur, legitimisq; pœnis afficiant, præterea ut subsidii in officio contineantur 16. Septembris Magistratui omnium oppidanorum et Satrapæ per scripta admonet. Cùm Monast. in cœptâ rebellione

per

pertinaciter perseverent, maliq;
suis exemplis multos ad similem
contumaciam commovere queant,
ne se pios que in simile discrimen
et tandem exitium praecipitent.

Rex recenti victoria
inflatus factum intollerabilem
ornatus incessu et moribus osten-
tat, ac originis vitaeque pristinae
immemor et oblitus, quotidie no-
va quae ad regnum decus illu-
strandum pertinent, comminisci-
tur, saevus et crudelis in subdi-
tos.

Quae autem Ruperti Schur
propiata cum de Regis fa-
stu et crudelitate plebem in-
faustam murmurantem intelli-
geret, ruinam novi imperii,
cujus ipse author fuerat,
metuit, ne ipse illud novo

robo-

robore firmaret, die itaque
23. Septembris in concione
et publico populi conventu ad
audiendum verbum Dei de more
coacto, vocem suam exaltat,
Fratres, inquit, charissimi, retinere vos
in recenti memoriâ arbitror,
quòd quibusdam ex vobis de-
cem jam annis, quibusdam
sex, aliis tribus, aliis paucio-
bus annis verbum Dei an-
nunciatum sit? respondet
tota multitudo id se scire.
audite ergo populi inquit
Propheta, et intelligite
verbum Dei, quod per me
vobis nunciatur, omnes quot-
quot dehinc in agnitam ve-
ritatem pertinaciter pec-
cant, neque in præsenti sæ-
culo

culo, neque in futuro delicti gra-
tiam invenient, sed continuo re-
gis arbitrio tradentur, qui omnes
Configere committet, ut tales de
medio Israelis tollantur, et
memoria illorum sempiternâ
oblivione deleatur.
Hac ratione meditata
rebellionem illa verè, ut ne-
mo virorum contra Regem, re-
giaque instituta mutire aude-
at. Sed tamen Elisabeth
Dölscherin cum mulier esset,
solus sibi forte ratione sexûs
impunitatis sperans, dum ad
maritum suum Godofri-
dum Steckerum, ter, quater-
que negando conjugii debi-
tum enormiter offendit, ac
tandem manifestam bla-
sphemiam, ut retincti

visum

visum est: effundens, o Pater, inquit, si potest, effice ne unquam thorum istum jugalem viva conscendam. Propter hæc nefanda flagitia ad tribunal à marito protracta, accusata, et omnium primâ à Rege damnata 25 Septembris gladio punita est, nec fœdissimam in judicio tyranni accusavit.

Die 6 Septemb. Cattha, prima Koterbeckers alio nomine Wilkers gladio quoque à Rege cæsa est, quòd cum duobus maritis cum altero Bernardo Cingo pridie coram Julio Episcopo, cum altero vero Francisco Wast celando postridie nuptias celebravit: Regiâ enim

enim lege solis viris po-
ligamia permittitur.

Margarita etiam Os-
naburgica hoc eodem
mense ferro percussa est, quòd
Henricum Schlatschalpium
verbi Dei præconem non so-
lùm convitiis excepterit, et
ipsum in arenâ fundamen-
tum doctrinæ posuisse dice-
rit, verùm etiam in contem-
ptum verbi Dei in faciem ejus
expuerit.

Barbara uxor Daten-
dickii in initio Octobris
a Domino et marito suo pu-
blicè accusata est, quòd sibi
obmurmuraret, et verbis con-
tumeliosis obstrepserel, dicen-
se cum abiis suis conjugibus
et consortibus non spiritua-
liter

liter, sed carnaliter agere, et cum
iisdem sæpe corpus miscere, protra-
cta itaque ad judicium morti ad-
judicatur. Joannes autem Zu-
ricensis Propheta, hæc
exigunt, per justam Sententiam
cellentiorem pingendi artificem
Symmetriæ, architecturæque
peritissimum & virum magni
ingenii anno 1573. adhuc su-
perstitem habuit: ne seditioso
schismate se polluere, urbe
excessit. Sed Ministrum suum
eo malo infectum, neque ad mo-
nitionem salutarem admitten-
tem, intra mœnia suæ temeri-
tati reliquit, hic Servus po-
stea schismatis pertœsus, e-

la-

lapsus est, ac 23. Decembris
tormenti adactus fatetur:
Primùm oppidanos equinis
carnibus vesci, et boum vaccarũ
que carnes pro lege, lac verò
pro infantibus et prægnantibus
conservare.
Item ante dies paucos tres cur-
sus aromatibus onustos, quibus
equorum carnes condiant, in
urbem, castris non sentientibus,
reversos.
Item omnia apud oppidanos
ad eruptionem esse instructa; sed
regia saltem mandata ipsos op-
periri.
Item Kolmannum in publi-
co conventu et concione dixisse
omnes Reges, Electores, Principes,
Comites, Magistratus ac nobiles
totius orbis, ipsorumque uxores,
filios

filio Regis, Reginæque nuptiis subsidio et pecuniæ fore.
Item Græcum solum Apostolorum, reliquis interemptis, reversum Regi fuisse charissimum, et magnæ authoritatis Prophetam.
Item Regem aliquot vasa, cum tuphi carbonibus referta, pro pulvere tormentario plebi, de ejus penuriâ querenti, ostentare.
Item ejusdem suggerente Rege, sibi persuadere, Episcopum anabaptismum scriptis suis approbasse, ipsumque consortem imperii posse ferre et Regi pro sanam administrationem libenter permissurum, si sibi Ecclesiastica non adimantur.
Hæc, aliáque inepta, risúque digna fatetur, quæ per longum esset chartis committere.

Solus

Solus autem horum ſ. Geiſt fort, & amicorum & generoſi ſanguinis ope liberatur.

Circa feſtum Nativitatis magnus Iaventicæ motus ab Anabaptiſtis excitatur, qui varia armorum genera ſpargebant, ut nemo animadverteret, in aliquot civium ædes congeſſerant, quibus ad aedem bonorum & occupandā urbem uterentur, inde Bonaterium ab obſidione liberarent. Sed cum res proderetur, Joannes a Wattenwyl conſulis filius, cum aliis tribus civibus capti, & in Prisonſ. ſivenim forum vocant. / præcipitis capitibus extra muros ſepulchri ſui exemplo motum repreſſerunt.

Hoc interea juventu-

tutem urbis variis exercitiis,
agilitatis et militaris studij ex-
ercet, nunc jaculando, nunc pu-
gnando, nunc currendo, nunc sal-
tando, interdum eam in dispon-
tes et quasi hostile exercitus parti-
tur, qui composita, utrimque acie
per jocum concurrunt, interdum
longum agmen, in gyrum contor-
quet, hinc idem illud explicat,
et in phalangam dispositis u-
trimque cornibus deducit, inde
reversus in aueum contrahit,
diversasque aciei formas ef-
fingit. Interdum currus falca-
tos regijs insignibus exornatos,
ut erant edocti, provehunt
quos ipse Rex cum expedita
juvenum multitudine per
jocum saepe singulari cer-
taminis genere oppugnant,
atque

atque ita suos exercet, ut adver-
sis hostes, si quando eruptionem
suis urribus, sicut decreverat, fa-
cturus sit, instructiorem contra
omnem pugnae aleam exercitu
habeat. Sed ad eos paulla-
tim in cibum, cogendae necessitate
verterent, propter eorum penuri-
am horum arrium usus esse
defuit, quare in parles distracti,
in summi templi angulos collo-
cantur, ubi post captam urbem
inveniuntur.

De Comitiis Con-
stantiensibus, obsidi-
onis causa habitis.

Cum jam tempus Comitiorum
habendorum instaret, et Legati
S. Electorum Moguntini, Colo-
niensis, Trevirensis ac Pala-
tini, nec non ordines et Consili-
arii

arii trium Provinciarum Rhena-
na inferioris et Westphalicæ appel-
tionem Episcopi Monasteriensis
addiem Lunæ, quæ fuit 13. De-
cembris Confluentiam convenisset.
Episcopus autem cum difficillime
obsidioni ipse abesse non posset,
Joannem a Dorsheim cogno-
mento Freisz, Judicum Rulan-
dum Archigrammateum Doctorem
Hermannum a Nerngersen
Satrapam Sualenburgicum,
Semmonem ab Hoerde, Aulæ
Episcopalis Hyparchum, et
Eberhardum ab Elere adsere,
his eo suo nomine ablegat. A
Capitulo vero primarioque
Ori ordine et Diœcesi Mo-
nast. Rotgerus Principalis
Scholaster Aedis majoris homo
apprime doctus, Gerhardus
Hor-

1530.

Nonnulli Suecesii Stygopar-
dus et Wilbrandus Florii
et Consul urbis Monaster. mit-
luntur. Qui cum eo venissent,
et ad coetum Principum missi
fuissent, ibi sui Principis no-
mine per Oratorem gratias
actis referunt: quod horrendum
Anabaptistarum schisma su-
periori quadragesima in civi-
tatem Monasteriensem, ali-
aque circumjusta oppida et
territoria irrepserit, et nisi di-
vinâ ope repressum fuisset,
sine dubio illud in eadem mul-
torum et sanctae religionis inter-
necionem latius serpturum fu-
isse. Monasterienses vero tam
in contemptum privatae ad-
missionis à Caesareâ Majes-
state facta, quam in du-
di-

dibrium publici illius Edicti adversus Imperii Signata conventa, adversus publicam pacem, adversus jusjurandum, adversus pacta et solicitationes suas collegia et templa profanasse, antiqua et laudabiles ceremonias et cultu divinum profligasse, inusitato more substituisse, libros litteras tam signatas, quam non signata instrumenta et scripta publica, magno totius Reip. malo partim discerpsisse, partim flammis excussisse, omnem Magistratum tam Ecclesiasticum quam profanum contemsisse, locumque politicum ordinem evertisse, ac in nihilum redegisse, multorum civium bona ipsis pulsis dirripuisse, eaque communia inter se fecisse, ingra-

quendam carnatorem
Regem, qui se Sioni et nova
Hierosolimæ Regem appellari,
creasse, simul Concionatores ad se
urbe emisit, quorum quidam flam-
mis, quidam equi, quidam
gladio transgressionis poenas
dederint, confessi sint, qui et hoc
adjecerunt se à rege populari-
tionis passim concitando gra-
tiâ allegato, et enumerabilem,
et armatam ejusdem farinæ ho-
minum multitudinem, non
solum in finitimis Monasterii-
ensis, sed etiam totius Germani-
æ excidium et eversionem argan-
que si per vires licuerit, totum chri-
stianum orbem pervasura,
cumque omnibus Principibus
et Magistratibus à fide sua
abhorrentibus, gladio, in cen-
dio,

Divoque extinctis sibi subjectum
sit, hanc impietatem, hanc rapa-
nam, hoc flebile, et pervim ex-
torum bonorum civium exili-
um, hanc denique plus, quam
cyclopicam immanitatem et
barbaricam tyrannidem Pein-
apem aegerrime tulisse, et rem
pessimi exempli in sua Pie-
esi aequo animo tolleraße
existimatur, neque Germania
ac tandem totius christiani
orbis, negligentiae suae causa
in vita animorum ac bonor
irreparabilem cladem praecipi-
tetur, ipsum exercitus tam e-
questres, quam pedestres compa-
rasse, et quorundam vicinorum
praesidia p: ut in espirensibus
et Augustanis comitiis con-
veneral: ad reprimendam i-

stam

ſtam impietatem et audaciã
implorãſſe, qui magnitudinem
etiam periculorum expendentes
ingentem pecuniarum ſummã
ipſi in ſumptum belli mutave-
rint, milites, tormenta, pulve-
remque bombardicum in
auxilium transmiſerint, cer-
tiſſimã quidem ſpe rebellionẽ
Monaſterienſium retundendi
et per gratiam divinam eos
ad priſtinam obedientiam re-
vocandi, ſed nihil hucusque
cum fructu actum eſſe, pro-
inde ipſum contracto bello in
compendium 7 caſtra ſoſſis,
aggeribúsque munita, qui-
bus ſingulis quingentorum
militum præſidium adjectis
quibuſdam equitum turmis
impoſitum ſit, ut oppida,

nis

nis commeatu interclu deretur, circum urbem erexisse, et partim Dioecesis sumptibus, partim mutua pecunia in novem jam menses sustentasse, et ultra septies centena florenorum millia huic rei impendisse, nec ipsum jam diutius has impensas sine aliorum auxilio perferre posse, neque majori mutuo superiori nondum soluto principes degravare audere. Quare Status Legatos et Consiliarios superiorum Circuli, pum et provinciarum trium, quot quot his Comitiis interfuerint, suum Principem rogare, et obsecrare, ut horrendam hanc causam simul et periculosam diligenter secum expendant, neque novum re-

gnum

gnum turcicum in medio chri-
stiani orbis coalescere sinant,
sed subito, eximioque præsidio
succurrant, atque subveniant.
Si enim illud futurum non sit, se
diuturno bello exhaustum et
fractum rebus istis diutius re-
perire non posse, siquid inde
mali aut in commodi Roma-
no imperio contingat, Cuius
pem suum purgatum esse velle.
Cum Monaster: finem di-
cendi fecissent, illis digressis
res in consultationem est de-
lata, et cum non solum con-
firmato Monast: et Diœcesi,
verùm etiam Imperatoriæ
et regiæ Majestatibus, impe-
rio et Germaniæ nationi, ac
tandem toto christiano orbi,
clades, excidium et eversio,
ex

ex hac Sceleris impunitate, si
non reprimatur, sit metuenda,
Monaster: ergo tanquam Impe-
rii membrum et reliquos Electo-
res ordines nullo modo deserendos,
sed non minus contra hanc sectam,
quam turcicam bellum ab Impe-
rio suscipiendum esse censent.
Quanquam autem Joannes
Fredericus Dux Saxoniæ Elector
ad has tres provincias, huc accitas,
non pertineat, à reliquis tamen
Electoribus ab Episcopo Monast.
rogatus, cùm causam comitiorum
intellexisset, suos quoque le-
gato eò cum authoritate mittit,
et si in hac piâ causâ, quæ o-
mnium meritò christianorum
præsidium posceret, contribu-
tionem suâ sponte facturum,
promittit, ut Schisma hoc, plenè
peri-

periculis maturius suppriamatur, quare et huius Legati ad Consilia à Statibus admittuntur. Post consultationem diuturnam consensibus tandem suffragiis instantorum erectorum castellorum ad continuandam obsidionem subsequentia praesidia et articulos decernunt:

Articuli in huius conventus Consilium decreti.

N.

Primum Septem castella ad obsidendam urbem et ad praesidium eorum tria millia exercitatissimorum militum sufficere. Si verò Imperator praecipuus jam designatus, reliquique quatuor illi à Consiliis militaribus delecti Praefecti post ac-

accuratam rerum inspectionem
utile et necessarium esse judicaverint, pluribus castris urbem cin-
gendam, confirmati Nostræ Curiæ
et Vicecomitis impensis illud incumbet
ita tamen ut tria tantum mille
a peditum, in castella, quot quot
etiam fuerint distribuantur.
Stipendiorum quoque exactla
tio habebitur, ut si quibus plura
quam rerum, officiorum et persona-
rum dignitas postulaverit, Stipen-
dia assignata fuerint, cum illis
familiariter, de diminutione
stipendiorum agendum, ne mo-
dus excedatur ut quidquid de-
tractum fuerit, aliis usibus
necessariis applicetur. Ad
hæc si posse et aggeres, superim-
positi cratibus roborei in sum-
mitate dentati, à castris ad

ca-

castra continuo ducta nondum protracti fuerint, neque castra tormentij, globis, pulvere nitrato, et aliis rebus ad bellum pertinentibus, nondum sint communita, ut id propediem à confirmato, relioquisque Monasterij Dioecesis Statibus, sicuti et Isendanis Comitijs convenerit, diligenter curetur et efficiatur.

2.

Praeterea cum necesse sit omnes vias circum urbem ita obsessas tenere, ne oppidani in speratis eruptionibus adversus milites insolescant, neve quid ex urbe elabatur, effugiatve, neve eam ingrediatur.
Ad quam rem efficiendam cum non equites exterranei, sed Dioecesani, partim propter via-

viarum, bonorumque nobiliam par-
tim pro in patriam periclitantem
amore adducti pro sponsione et com-
mendatione videantur, et in comitijs
Genuanis confirmatus et nobilita-
tus. Se trecentos equites sui
sumptibus et impensis in eam rem
sustentaturus receperint, cum
legatis itaque Monast. actum
esse, ut pollicitis satisfiat, et toti-
dem equites ad oppidanorum eru-
ptionem aut fugam in castris
ad expeditionem instructi semper
maneant, diligentiusque quam
hactenus in officio suo vigilent,
negligentiamque majori studio
sarciant, Imperatorisque mo-
nitis pareant, et nisi id fiat,
metuendum esse, ne Princeps
et Status Provinciarum decre-
tum auxilium justa de cau-

sa

sâ denegent.

3.

Tertiò imprimis curandum esse, ut periti, longoque bellorum usu exercitati et sedulò duces militibus præficiantur, et cùm Wilhelmus Adingus hactenus omnium castrorum Supremus Rector fuerit, multis de causis Imperatori militiæ jam designato, et quatuorvillis à Consiliis committitur, ut quam diligentissimè de illius industriâ inquiratur, et illi quo dignus officio destinetur. Totius autem militiæ equestris, quam pedestris Wirthus Comes à Falckenstein et Dominus in Eberstein Moderator seu Imperator designatur, ut cœptam obsidionem sex mensi-

bus

bus, quibus auxilium decretum
est, praesens in castris semper,
continuet, nocturnaeque diurnaeque
vigilias et Stationes tam equitum
quàm peditum, quàm accuratis-
simè agantur, ne quidquam,
quod ad publicum et privatum
Imperatoris officium pertinet,
omittatur.

Hinc quatuor Consiliarii rei
bellicae experti[s]simi à Sacri-
censi, Colonien[s]i, Juliaco, Hasso
designandi adjunguntur, quo-
rum semper bini alterius mem-
bris consilii capiendi causâ de re-
bus praeter opinionem forte in-
cidentibus in castris apud Mode-
ratorem militiae manebunt,
quorum etiam consilio pacto-
rum militarium articuli pro
ratione circumstantiarum com-
mu-

mutabuntur, delectus militum habebitur, castra necessariis munitionibus, fossis, aggeribus, cratibus roboreis, tormentis et similibus firmabuntur. Ad haec grammateus exercitus designabitur, qui continuus in castris degat, nec ab Imperatore recedat.

4.

Quarto ad Sustentationem exercitus castrensis Supremi Moderatoris quatuor consiliariorum quaestoris Aerarii grammatei militaris exploratorum nunciorum, aliorumque impendiorum quindecim millia florenorum Rhenensium in singulos menses a praedictis Principibus et provinciarum ordinibus contribuenda decernuntur, unde moderator totius rei

mi-

militaris, quem imperatorem appellavimus, quingenty, consiliarii singuli et Delecty Praefecti ducenty, quaestores Aerarii quinquaginta, Grammateus quinque et viginta florenos singulis mensibus capient, reliqui vero Centurionibus, Tribunis, signiferis, inferiorumque officiorum Praefecti et Gregarii militibus Embdensis monetae florenis assignantur. Hoc autem praesidium ad sex tantum menses decernitur. Sed si intra illud tempus urbs non capiatur, alii comitiis opus esse.

Istum priorum mensium decretum praesidium ad festum Purificationis Mariae, inde duorum ad festum Paschae, ultimi autem mensis ad pe-

stum

stum Centhecostes exsolvetur. &
stum Electorum Moguntini, Tre-
virensis, Palatini, illorumque pro-
vinciales simul et Rhenanae pro-
vinciae Status, suam decreti praefi-
dii partem apud Senatum Confl-
entinum, sed Colonensis, Saxon:
simul et inferioris ac Westphalicae
provinciae ordines contributionem
suam apud Senatum Colonien-
sem deponent, unde militiae Con-
siliarii, quotiescunque opus est, in usum
stipendiorum redituum apocas postu-
labunt.

Si verò interea urbs vel expugne-
tur, vel devatur, ratione facta
et de ductis impensis superflua
pecunia pro ratâ singulis Status-
bus restituetur.

Quatuor militiae Consiliarii
Joannem Verreyken in
Lua-

Quæstorem ærarii adsciscant, qui Legatis Principum ac Provinciarum omnium receptorum, expositorumque rationem exactam reddet, dabitque operam, ne miles negati sibi stipendii causa in castris tumultuetur. Totus militiæ Moderator, Consiliarii, Duces, Centhaeofiarchæ et omnes quotquot officiis condecorantur, Principibus et Statibus Supradictis sacramento militari erunt obstricti; miles quoque nunc in castris et obsidione degens hactenus confirmato Monast: jure, jurando obligatus, eo remisso universæ militiæ Gubernatori nomine Superiorum Statuum juratus erit.

§ 5

Quinto decretum est, mili-

tes

tes nunc in castris retinendo sepe
ad alios ipsis adjungendos, non
tamen ultra trium millium
numerum, nisi aliqui eorum vel
inobedientiæ, vel contumaciæ,
vel sceleris, vel impietatis, vel rudi-
tatis armorum nomine in de-
lectu militiæ excludantur, in quo-
rum locum meliores et exercitatio-
res substituantur.

§. 9.

Sexto maturâ deliberatione in his comitiis constitutum est, ut Abbates, pagi, arces et quælibet aliæ munitiones, quæ à confirmato Monast: et Dioc-
esi defecerunt, aut imposte-
rum defecerint, et per Bur-
gipeum, Provinciarúmque de-
cretum auxilium jure belli
recuperatæ fuerint, juris di-
ctî

ctioni Episcopali nullo modo sub-
trahentur, neque à Diœcesi Mon:
et Imperio quovis colore quæsito
abalienatæ peregrinis dominiis
subjicientur.

Si Monasterium intra decreti
præsidii sex menses aut capugna-
tum aut deditione facta recupe-
ratum sit, nulla Reipubl forma
in eo citra dictorum Principis
et Statuum consensum et arbi-
trium instituetur, qua in re
confirmatus et religui Diœcesis
Mons. ordines Signatis literis
se obligabunt.

I.

Septimo Si Anabaptistica li-
berandæ urbis causâ confluerint,
et aut in castra, aut Provin-
ciam aliquam impetum fe-
cerint, reliquæ Provinciæ fu-
bi-

vitam ejsem oppressis aut af-
flictis ferent.
Rectores et Provinciarum Sta-
tus in suis regionibus, territoriis
ac Dominiis diligentissime
vigilabunt, ne quam Zelotico-
rum turbam intra fines suos
valescere sinant, sed eos appre-
hendant, ut juxta Imperii Ca-
sáque Edictum poena commeri-
ta subjiciantur.

8.

Octavo cum metuen-
dum sit, ne subitum hoc pre-
sidium ad rem presentem con-
ficiendam non sufficiat, decre-
tum est itaque: ut Confirmati
Monast. I. ad quem causa po-
tissimum pertinet. I secundum
Imperii Sanctionem praecipua
aliquarum Provinciarum

Septem

Septem Principes per Legatos exorat ut provinciales suos ad diem Dominicum Quasimodogeniti, quæ fuit 4. Aprilis anni 1535. Normatiam comitiorum habendorum gratiâ convocent, ubi fusius, deinceps sequentis temporis auxilio si urbs interea non capiatur, consulletur. Ad quem etiam diem Ferdinandus Carolo Imperatore occupato, non solum Electorum, verum etiam confirmati Monarchi familiaribus scriptis ad Legatos invitabitur. Et cum omnium Provinciarum, totiusque Roman. Imperii interfit, hoc seditiosum, impium ac nefandum schisma, quod jam multas regiones invasit, atque

atque in aliis latenſ incremen-
tum ſumpſit: / deleri et ex ſtir-
pari communi quodam Provin-
ciarum et Imperii tum con ſi-
lio, tum auxilio de eo ſuppri-
mendo agatur, et quibus poenis
detentores urbis Monaſterii
eâ capteâ afficiantur, hoc et
iam eodem die de decollatio-
ne Superiorum Sumptuum
trium provinciarum conſulta-
bitur, ut quod adomne aequali-
ter ſpectat, omnium aequalibus
impenſis conferatur.

Finium Provinciarum Prin-
ceps et Status hic jam praeſen-
etiamſi ſpecialiter ad futura
Wormacienſia comitia non
revocantur, tamen ipſi vel Le-
gati eorum cum plenâ autho-
ritate de utilitate publicâ

actu-

acturi communi ordinum con-
sensu et mandato adesse jubentur.
Quamvis trium provinciā-
rum quidem, neque suam, neque
Legatorum suorum copiam fece-
rint, neque se de absentiā suā pur-
gaverit, decreti tamen horum
comitiorum non minus, quàm
præsentes parebunt.
Si quis suam decreti præ-
scripti partem exsolvere detrecta-
verit, adversus hunc tanquam
inobedientem Fiscus imperii
ex officio suo jure experietur.
Cùm autem nunc præsens
rei necessitas subitam pecu-
niarum opem serio deposcat,
ne miles, desertis castris, diffu-
at, cùm Legatis Electorum et
Principum Coloniensis, Saxo-
nis, Clivensis, Hassi, Leodi-
en-

enſis ac Monaſt: actum eſt:
ut ſinguli Principes tria mil-
lia florenorum continuò conſe-
rant et expendant. Colonienſis
verò Senatus, cùm ad hoc non
poſſit adduci, ut idem faciat;
tamen Clivenſes id apud ſena-
tum effecturum pollicentur.
Decernitur etiam XI.
Decembriſ in iisdem Co-
mitiis, Scriptum publicum,
quo Oppidani ſeriò primùm admo-
neantur, ut ſe cum meliore men-
te partim ſecluſis omnibus per-
turbationibus expendant, quàm
impiè & nequiter tam jus di-
vinum, quàm humanum vio-
laverint; Catholicæ Eccleſiæ
decreta, pariterque Princi-
pum ſanctiones eacuſerint,
Sacramenta contaminaverint,
pro-

pristinas Ecclesiæ cæremonias
et cultum divinum, antiquitus
acceptum, profligaverint, sua
somnia in locum reposuerint, tem-
pla profanaverint, profanata
diripuerint, et tandem solo æ-
quaverint, publicam pacem
violenter polluerint, Magistra-
tum suum dejecerint, Regem
Sarcinatorem propriâ autho-
ritate substituerint, cives spo-
liaverint, spoliatos ex urbe in
exilium exegerint, bona eorum
ad se traduxerint, et inter se
communia fecerint, aliâque, quæ
neque pia, neque justa sint,
perpetraverint. Imperii provin-
de Principes et provinciarum
proceres postulare, ut ad corre-
ctionem impia dogmata aver-
tur, et rejiciant, Magistra-

tum

tum legitimum in priorem sta-
tum honoris et dignitatis restitu-
ant, civitatem et poenæ et gra-
tiæ dedant. Si verò illud factu-
ri non sint, neque hæc Salutа-
ris et familiaris admonitio
apud ipsos quicquam ponderis
sit habitura, sed in eventu eam
executera maluerint, sciant
Principes et ordines Imperii co-
munibus auxiliis et impensis
contra ipsos arma sumpturos.
Hæc sunt in comitiis
confluentinis acta.

Finis

1535.

Hoc superius Scriptum
Virchius generosus
ab Eberstein totius
mi-

militiæ jussu Principum, tri-
umque Provinciarum Præfectus,
quamvis ipse ante diem 16. Janu-
arii in castra non venerit, per
nuncium ad oppidanos mittit,
ei prius tutum commeatum
ad portam Mauritianam veni-
endi, recedendique per literas
sua impetrat.

Oppidani 13. Januarii
in hæc verba respondent:

Vos per gratiam Dei
secundum verbum suum desi-
gnati Rectores, cives, et inha-
bitatores sanctæ Civitatis Mon-
tis Virchii Comitis in Nber-
stein, Falckenstein et
Limburg Domini in Horst
constituti militiæ Præfecti
scripta accepimus, quibus pe-
titur, ut nuncio tuo die 14.
Janu-

Januarii horâ nonâ ad portam Mauritianam vendi literásque nomine Principum Imperii ac Provinciarum trium ad Civitatem nostram liberum adferendi commeatus dare velimus, ad quæ respondemus: Nos neminem unquam à nobis repulisse, sed semper quossis libenter admisisse, ut causas suas si quas habuerint: / nobiscum agant, quæ eadem benevolentia meritò à nostris adversariis nobis quoque exspectanda esset, promittimus itaque ut nuncius tuto nostro commeatu pretus, ad portam urbis nostræ Mauritianæ veniat, literásque, quas habet, tradat, liberéque recedat. Nos similiter petimus ut et no-

noster nuncius, quem ad Principes quosdam ablegavimus, securam à vobis abeundi, redeundique libertatem habeat. Quid horum facturi sitis, responderi cupimus. Datum sub signo nostræ Civitatis die Mercurii post Trium Regum Anno 1535.

Tabellarium hunc ad se missum benigne excipiunt, munere decorant, Scripta allata legunt, et quædam inepta, alia, nisi ima à proposito vivâ voce respondent, sed accuratius et deliberatius se scripturos per suum nuncium responsuros recipiunt.

Eodem itaque die, quo Scripta allata fuerant, nempe 14. Januarii, breri deliberati-

one

one habita, ut receperant, re-
sponderi, eámque responsionem
Vanigario per nuncium, pro
quo commeatum petiverant, et
impetraverant, transmittunt,
quam ille Principum Provin-
ciarúmque Legatis remitteret,
quá se innocios, omnique culpâ
vacare, conantur ostendere, ne-
que se unquam suo Magistra-
tui rebelles fuisse, eúmque urbe
expulisse. Se ergo præter meritú
contra jus divinum pariter et
humanum tyrannico more, non
indicto bello, ab Episcopo armis
infestari, et indignis modis op-
primi.

Ad id autem, quod de lege pri-
vata authoritate, creato in li-
teris Principum, objectum illis
fuerat, nihil respondent, sed

callidè silentio prætereunt.
Scribit quoque Rex ad
Landgravium literas,
quem suæ factionis esse, vel cer-
tò futurum sibi persuadebat.
His literis non aliam Epi-
graphem præposuit: quam
Unsern Lieben Besonderen
Lyppen Landgraven.
unde quantùm sibi præ ceteris
Principibus tribueret, videre libet.
Utrumque autem scriptum nihil
continebat, præter inanem et ineptu
verborum strepitum, quo Rex non
aliter suam impietatem, quam A-
damus sua verenda fici foliis ob-
tegere contendebat. Ja Scripto re-
vò privato ad Landgravium
missò, Regni et Regis creati
causa sic describitur.
Literæ privatæ
Re-

Regis ad Landgra-
vium.

Leve Cixy. hoc est:
Chare Philippe. hoc e-
nim erat nomen Landgravii:
Tu sine dubio nosti, quòd Chri-
stus et Propheta dixit, ne apicem
quidem prophetic arum Scriptu-
rarum, frustra positum fuisse.
Petrus in actis Apostolorum in-
quit, quòd in tempore restitutio-
nis. quæ cœpit postquam
per claritatem Evangelii Baby-
lonica captivitas manifestata est:
omnia quæ locutus est Deus per
omnium os Prophetarum Suo-
rum adimplebuntur. Revolve
igitur Prophetarum Scripta, et
diligenter Scrutare, quid de capti-
vitate babylonica, et consuma-
tione hujus mundi Scribantur,

Simi-

similiter quid parabola Christi, Apostolorum scripta et Apocalypsis testantur, quid Babyloni ex propriâ malitiâ tribuetur, et è diverso ad quod regnum, quæ regloriam populus Dei ex omnibus terræ finibus congregandus, exaltabitur, de hoc tempore quo id futurum sit, minore Zelo, sphelle potissimum agunt. Si hæc accuratius tecum expenderis et Scripturas recte (ut Paulus Timotheum docet) legeris, et intellectum earum à Deo consecutus fueris, facile et sine magno negotio intelliges, an propria authoritate Regem designaverimus, an à Deo prædestinatum habeamus.

His Scriptis adjungit libellum quendam, in urbe impressum, plane impium, et sa-

ta-

tanicum, cui titulus: de restitutione. Unde Land, graviis Anabaptistarum furi, as cognovit. Quem librum, si, ait Asplerosque alios Monasterii circa illud tempus editos praestat omnino supprimere, quam mi, seram et incautam plebeculam, eorum editione circumvenire, et in aeternam damnationem praecipitare. Quomodo autem Monasterii retineri omnia restitu, erunt, testantur omnium tem, plorum profanationes, testan, tur omnes boni cives in exilium pulsi, testantur divina et hu, mana jura prorsus everta. Deus autem Anabaptistarum resti, tutionem averlat, nam si ea admitteretur, nihil integrum per totum imperium relinque, retur. Absit ergo talis restitu, tio

tio, quæ omni sboni est destru-
ctio.

Hanc Libellum Landgravius
legit, errorésque in eo à se refuta-
tos remisit.

Quo facto sint refutati, cùm per-
longum sit, omisimus. In vitis
autem Principis ingenii sui vires
declaravit, hinc meridiana da-
us ostendens, quòd retincti utri-
usque politio decreta, omnes bo-
nos mores, omnia jura divina æ-
quiter humana, omnemque deni-
que honestatem et virtutem pror-
sus abolere et è medio tollere ni-
tantur.

Cùm autem Monast. ea
scripta à Landgravio 30.
Martii avita legissent,
plurimùm irritati et exacer-
bati sunt, quare denuo Scri-
pta ad Landgravium trans-
mit-

mittunt, quibus suam causam
defenderent, et per quasdam Scri-
pturarum ambages commonstra-
re conentur se agere omnia ex
mandato Dei et Prophetarum
oraculis, objicientes interim Lan-
gravio: ut suam vim et spolium
retineant: quod Episcopus ar-
mata manu opprimere volue-
rit Ducem Wirtenburgensem
Imperatore renitente in pristi-
nam possessionem restituerit,
coenobia pulsis coenobitis spo-
liaverit, mittunt quoque
alium libellum, cui Titu-
lus: de mysterio regni
Christi: simulque effla-
tant, ut suarum ratio rerum
apud Principes habeatur: se
enim justam causae suae co-
gnitionem non diffugituros.
Landgravius post quae
sibi

sibi omnia a defunctis objecta
graviter et diserte refutâsset:
praeterea: irruerunt: quod causa
vestra justam cognitionem non
effugisset. Si adhuc resista solum
pertineret, facile impetraretis.
Vobis tamen rectius consuluisse tis,
si id, quod nunc facere videmini,
maturius fecissetis, vestramque
causam judicio Principum Im-
perii obtulissetis, priusquam
vim istam armatam exercuisse-
tis, priusquam novum regnum,
et Regem constituissetis, priusquam
Prophetas et Apostolos vestros
ad alias urbes et nationes commo-
vendas, et in similem errorem et
seditionem pertrahendas, emisis-
setis. Cur vero sanguinem effu-
dendum praecipua fuit causa,
priusquam viduas et orphanos
fecissetis. Si vero eos, quos urbe

exu-

excutij omnibus bonis expuli-
stij, bonis conditionibus in prio-
statum restitueritij; Senatumve-
strum in pristinum dignitatis et
authoritatij locum reposueritij,
vestra portasis postulatio beni-
gnius exaudietur. Cum Wirichius ab Mer-
steir circa diem 18. Januarii in castra veniset, Scepstrea-
que militiæ arripuiset, a Prin-
cipe Monaster: postularit: ut
sua causa miles, remisso priori
jurejurando sibi nomine Impe-
rii ab integro juraret.
Ad quæ Princeps:
militem sibi toto militiæ tem-
pore pro 4 florenis Embden-
sium Stipendio obstrictum
esse. Si vero jam integro jus jo-
randum ab eo exigatur, ipsu
quoque plus Stipendii exactu-
rum

um et decretum Imperii pro-
sidium tardius exsolvetur, non
igitur juramenta innovationem
expedire.

Inde enim Wirtzburgius ab
Aberstein reliquique mi-
litiæ Præfecti animadvertentes
Monast: Superioribus Princi-
pum, Provinciarum et Statu-
um scriptis nihil commoveri, li-
teras et ipsi in urbem mittunt,
quibus ne ad sanguinem effun-
dendum videantur prono et
facile ejusdem ab impie-
tate sua deterreant, et adme-
liorem mentem revocent.

Literarum ab Aber-
stein cæterisq; Præfe-
ctis in urbem missa-
rum Sententia.

Nos Illustrissimus et
Potentissimus Princi-
ci-

cipis ac Domini Ferdi-
nandi Romanorum ac
Bohemorum Regis, nec
non Electorum, Principu,
omitum, Baronum et Le-
gatorum Rom: Imperii De-
signati Monaster: militi,
& Præfecti, Vobis civita-
tis prædictæ Lectoribus, De-
centoribus, et Habitatoribus,
his scriptis notum facimus:
Quamquam certâ spe et fidu-
ciâ Sustentabamur, vos beni-
gnæ Superiores Principum
admonitionem, ex benevolo, Chri-
stiano et commiserante vitæ
vestræ animo profectam, quas
nos jubentibus iisdem Princi-
pibus ad vestram urbem
misimus, libenter amplexu-
ros salutis et tandem vitæ,
necisque vestræ rationem
ac-

accuratius habituros, diuturna
vestram seditiosam, insanam et
intollerabilem impietatem et
grassandi libidinem depositu-
ros, et urbem vi à vobis detentam,
et gratiæ et pœnæ Regiæ Majes-
tati et Imperii Ordinibus si-
cut scripta illorum à vobis po-
stulabant, dediturosque fuisse.
Caperemur tamen non sine ma-
gno animi dolore, vos hæc omnia
in ventos excussisse, imo vos
rebus jam desperatis impio erro-
re obduratos indies magis ma-
gisque in damnem ineluctabilem
præcipitari ac miserrime mul-
tos incautos et fraudis vestræ
ignaros, ita vestræ animæ in-
volvere et implicare, ut non so-
lùm vitæ verum etiam æter-
næ beatitudinis jacturam et
dispendium faciant, quod ma-
lum,

tum, quantum per gratiam Dei
et vires nostri ingenii licet abun-
nocentium et simpliciùm cervi-
cibus libenter averteremus. Pro-
inde his nostris Scriptis ex abun-
danti vos admonemus, uti Supe-
rioribus Principum petitis, si-
cut vos decet, obtemperetis. Quod
si feceritis, vobiscum, ut christia-
nis convenit, agemus, Summaque
vobis benevolentiam exhibebimus.
Si verò excitatem vestram non
agnoveritis, sed in eam perseve-
raveritis; Scitote Nos post hanc
extremam admonitionem offi-
cium nostrum, nobis à Principibus
commissum executuros, et tam
contra viros, quàm foeminas, tam
contra juvenes, quàm Senes, ex-
tra moenia deprehensos acer-
rimo jure acturos, neque ulli
vestrûm, nisi singulare m
gra-

gratiam mereatur, passuros.
Misit quoque Lanigravius Fabritium cum publica authoritate in urbem, qui plebem ab errore retraheret. Sed hic neque ad publicam concionem, neque ad privatum colloquium est admissus, ut paucis dicam adeo fuere erroris pertinaces, adeo impietate immersi, adeo excaecati, ut nullius neque Scriptura, neque hominis authoritas, et benigna admonitio ipsos permovere potuerit. Abeantigitur, quia volunt, in exitium. Dum haec agunturRex interea, ut suos in eadem civitate retineat, et confirmet, subsequentes articulos 2 Januarii edidit.

Articuli Regis

Mon

1774.

Roma St. in urbe
Israëlitis D. Janar:
praepositi.

Notum et manifestum
sit omnibus, veritatis et Justitiæ
Dei amatoribus, tam rudibus, quã
mysteriorum Dei gnaris quomo,
do et quã ratione Christiani
sibique adhoerentes sub vexillo
justitiæ tanquam israhelitæ
novi templi in præsente regno
jam diu ante multa sæcula
prævisi et per os omnium Pro,
phetarum promisso, et in Chri,
stum Apostolosque suos in
virtute Spiritus Sancti incho,
ato et provito, nunc vero per
Joannem justum Regem in
sedem Davidis collocandum
instaurato, vivere et gerere
se debeant. itaque hi articu,
li omnes et singuli ad glori,
am

am Omnipotentis Dei, et regni
sui augmentum propositi, poena
metu servabuntur.

X.

In hoc novo templo unum
Regem esse oportet qui populu
Dei regat, et gladium justitiæ
ferat, ne salsâ doctrinâ conta-
minetur, quia sanctum est, et
illis, qui hoc templum ingressi
sunt, omnia sunt munda atte-
stante Paulo. Quare nullus
Rex aut Magistratus, nisi à
Deo deputatus, in fœdus Christi
se intromittet.

Z.

Rex ipse et Judices illi-
us, Rectoresque illius populi
omnes, citra personarum, aut
ullius commodi respectum uni-
cuique justitiam administra-
bunt, omnesque causas et
con-

controversias, sive in urbibus, sive in castris campestribus, secundum Dei verbum in justitia et aequitate judicabunt, et diriment. Si necessitas postulabit, gladium in sacinoroso sisti stringent.

3.

Nemo in alterius provinciam seu officium intromittet, illudque pro suo arbitratu usurpabit, sed quisque se juti promisit, intra suae vocationis terminos continebit.

4.

Nemo impune Scripturam Sacram impiis suis interpretationibus pervertet, ea enim, ut verba per se sonent, adhibita tamen temporis circumstantia intelligi debet.

5.

Quod Prophetae populo Dei suggesserit, et a verbo Dei dis-

dissentientia vaticinatus fuerit, ab omni populo separabitur, atque ab eodem interficietur, ut omnis Israhelita abominandum et detestandum illius flagitium intelligat, exerceturque.

6.

Nemo sub vexillo justitiae militans turpi ebrietate, foeda more brutorum, impudicitia, avidis privati lucri lusibus, unde odia et dissidia promanant, fornicatione et adulterio sese contaminabit: talia enim flagitia non relinquentur in populo Dei impunita.

7.

Si quis seditionem concitare experit morte morietur.

8.

Si qui inter castra altercati fuerint et inter se contende-

rint

rint, & in mutua verbera irruerint, si author contentionis seu provocator alterum interfecerit, ipse quoque ad supplicium raptus capitis poenas luet. Si vero provocatus suum antagonistam vel conatis tato animo, vel necessariæ defensionis intentus imprudenter prostraverit, quidquid ejus demonstratum fuerit, innocens vel nocens declarabitur.

§.

Nemo etiam cujus scurrilitate secum fuerit, levissimis suspitionibus ac præsumptionibus quibusvis, sed certâ commissi flagitii scientiâ motus alium accusabit, accusator enim intentatum crimen non probans, eas poenas, quas criminis reus pertulisset, perferet.

10.

§. 10.

Nemo sine venia et commeatu à Duce seu Magistratu suo impetrato sese à castris suis subducet.

§. 11.

Si quis tribunus continuum, um inscio uxore sua, neque missione à Duce suo impetrata, tanquam transfuga castris suis abfuerit, uxor ejus libere aliud matrimonium quaeret.

§. 12.

Nemo neque interdiu, neque noctu vigilium Stationem subibit, nisi hostis praesto sit, impressionem faciat, vel commissionem ejus singularem habeat, ut est Dux militiae, Decurio, vel alius Magistratus militaris, qui vigiliarum accurate custodiendarum, vel ab-

alterius necessariæ rei causâ circuit, transgressor non impune evadet.

§ 3.

Nemo sub pœnâ capitis fornicationis babylonicæ, innocentem & insciium opprimet, nisi armatâ manu noceat.

§ 4.

Nemo spolium aut prædam, hostibus detractam, pro suo arbitratu subducet, aut surripiet, sed eam (ut æquum est) coram suo Magistratu in lucem proferet, et siquid sibi ab eo datum fuerit, eo fine invidiâ utatur.

§ 5.

Si quis christianus ad dictus prius desciverit ad hostes, atque iterum mutato animo à christianis recipi, con-

ten-

tendet, non recipietur, sed poe-
nam, bene commeritam, luet.

16.

Nec Christianus sub poena
ultimi judicii fratre suo merca-
turam pecuniâ interveniente
non exercebit, neque alius ali-
um in commutationibus, dolis
et fraudibus circumveniet.

17.

Nemo Christianorum
ex unâ societate seu commu-
tatione in aliam recipietur,
nisi se innocentem et nullo cri-
mine contaminatum docuerit,
Si vero aliter deprehensum fu-
erit, sine ullâ poenae remissione
punietur.

18.

Si alienigena Christi-
anis inservire velit, non est re-
pellendus, etiamsi spiritu forte
non

non illustratus, fidem Christianorum amplecti voluerit.

§. 19.

Quicunque non convitiandi, sed familiariter convivendi animo cum Christianis amicitiam, mercaturam, foedera, pacta, seu conventiones facere cupiant, minime repellentur.

§. 20.

Si quisquam in provinciam Christianorum, commeatum, aliaque vitae necessaria advehere, proque tolerabili pretio inter ipsos distrahere, aliasque negotiationes cum ipsis exercere affectaverit, illi publica itineris libertas praestabitur.

§. 21.

Omne christianorum Magistratui Ethnico, qui non

nondum verbum Dei audivit,
& in eo nondum edoctus est, sese
opponet, damnumve inferet,
si neminem ad incredulitatem
aut impietatem adigat. Sed ba-
bylonica Tyrannis Sacerdotum
& Monachorum cum omnibus
suis affectis & assentatoribus,
qui justitiam Dei per suam in-
justitiam & vim obscuraverunt,
quacunque ratione fieri potest,
opprimetur.

Z Z.

Si Ethnicus ratione sua agni-
tio obnoxius, ut criminum suo-
rum impunitatem assequatur,
ad christianorum consociatio-
nem profugerit, et contra legem
Dei manifeste egerit, frustra
christianorum praesidium
invocabit, sed supplicio, quo
dignus, afficietur, ne chri-
stia-

Stianorum consociatio fla-
gitiosorum sit asylum.

23.

Vades alterius pauci-
res non erunt quam D. qui va-
dimonio obstricti, causam ejus,
cujus sunt vades continuo suam
facient, ideoque causam ejus
in judicio agent.

24.

Si quisquam Magistra-
tus, vel aliusquicunque verbo
Dei, atque his justis editis no-
stris restiterit, eaque contuma-
citer contempserit, non quidem
subito ad poenam commerita
rapietur, sed aut justi Regis
aut Praefecti illius judicio pri-
us sistendus est, ut jure convi-
ctus sententiam, factis suis
dignam, publice audiat

25.

§. 25.

Nemo aliorum ad matri-
monii fœdus invitus adigetur, cum
illud liberum sit, et vero, natu-
ralique amoris vinculo conne-
ctatur.

§. 26.

Quicunque morbo comi-
tiali seu Epilepsia, lepra,
malo gallico, aut simili cor-
poris vitio laboraverit, matri-
monia non contrahet, nisi pri-
us conthorali vitium manife-
staverint.

§. 27.

Nulla virginis species,
cum virgo non sit, confratre
suum defraudabit, et decipi-
et, alioqui seriò punietur.

§. 28.

Quælibet fœmina, quæ
qui legitimus non sit mari-
tus

tus, virum aliquem tutorem seu defensorem ex communitate sibi eligel.

Edita sunt hæc a Leo, et Joanne Justo Lege novi templi altiss. Sanctissimique Dei Nostri. Anno ætatis suæ vicesimo Sexto, Regni vero sui primo, Secundo die primi mensis post Nativitatem Jesu Christi Filii Dei M.D.C.5.

Vaticinium Regis:

Verbum Dei hodie circa horam tertiam ante diei exortum ad me factum est: Innumerabilem populum mihi in gloriam nominis mei excitabis, ubi autem, quo-

quare tempore id futurum sit,
tibi revelabo. Tu vero caute am-
bulabis. Hæc reliquis populi
tui annunciabis, et ut tacitur-
ni sint.

Aliud

Vox viventis Dei me dovuit,
hoc est mandatum altissimi
viri ab uxoribus suis legiti-
mis, et ab illis, quorum tuto-
res seu defensores sint, fidem
exigent, non illam, quæ vulgo
legitur: credo in Jesum Sa-
crem, sed fidem de novo regno
de matrimonio, quare, et
ad quid sint baptizatæ. Hæc
nunciabuntur et palam fi-
ent omnibus viris, et post bi-
duum ab iisdem factio ratio
reposcetur, ut Deus omnis an-
quinis maneat innocens.

Aliud

Præ-

Præterea hæc quoque est volun-
tas Dei: ne verbum illius tam
inaniter, multis psalmis canen-
dis, in ventos excutiatis, sunt
hactenus sine mente et pietatis
meditatione psalmi decantati
sunt.

Hæc quidem regia
decreta plebem primùm terru-
erunt, sed cum nihil annonæ
urbi obsessæ inferretur, et pluri-
mi essent, qui absumerent, paul-
latim ea attenuantur, neque
tamen Rex, uti se facturum
receperat, cum omnis generis
carnes ad se transtulisset, pe-
nuriæ popularis quidquam
pensi haberet, plebs inter se
de Regis fraudibus clancu-
lum cœpit murmurare.

Ille verò populum fidelem
nullius rei inopia laborare,

tabu-

terorum, variis scripturæ exemplis comprobat. Verùm nihilominus tacitum illud plebis murmur quiesceret, sed indies gravesceret, factionésque in urbe fierent, simulque de captivitate Regis et deditione urbis inter se agitarent, ubi Principem offensum sibi reconciliarent, et à futura fame calamitate se eripiant. Quæ cùm illi dàm nunciarentur, in ipso metu et clavis propemodum nidicipisce plagis et retibus implicatus se se vaferrimè extricat, consiliumque adversariorum dissipat.

primum itaque in foro publico universæ multitudini liberationem certissimam ad futurum diem Paschæ promittit. Et nisi illud evenerit, in se tanquam Propheta pœni-

vaniloquum & sceleratum hominem populari judicio animadvertendum esse recepit.

XII. inde Duces creat, quibus imperium urbis, in totidem partes distributum, acerrime regendum, et singulis viris portæ custodiam, advitandam proditionem committit, qui novi nominis & magistratus avidi Satellitum fortissimorum turbam, in custodiam suorum corporum & ad mandata celeriter expedienda adsciscunt. Habent enim singuli tres consiliarios & 4. Satellites, bene armatos. Singulis etiam portis præsidia adversus plebeum motum imponunt. Hi plebem ita pœnæ metu cœrcent, ut ne mutire quidem adversus Legem quisquam audeat, Nomina etiam portarum mutantur: Horatiam enim

enim Orientalem, Mauritianam Argenteam, Servatianam Regij, Ludgerianam Australem, Aegidiam Reginae, Marianam Occidentalem, Judaicam Auream, Crucis Septentrionalem, Neopontanam Aquaeam appellant.

Duces vero sunt:

Bernhardus Thor Moer Sarcinator.

Joannes Deedeker Sutor.

Joannes Jsaack faber ferrarius.

Joannes Dencker Institor.

Engelbertus Dirck.

Nicolaus Stirpe mercator.

Henricus Xantus faber Athenarius.

Joannes Calenberg gladio-

diorum politor.
Henricus Sedt Osnaburgensis
Hermannus Scrinius,
Christianus Serclerius pa-
tricius. A
Fillicus Leddanus.
His magistris in regno suo
officia, si regio jussu diligenti-
sime exequantur, promittit.
Si enim dissolutâ obsidione,
quae erga festum Paschae futu-
rum fit, totum mundum, occi-
sis omnibus principibus, praeter
Landgravium, pervasurum,
suoque dominio subjecturum.
Ne autem inter ipsos impo-
sterum contentio oriatur de do-
minio, ipse Ducatus et Princi-
patus, venatorem et lopicum
pellem ursi nondum capti ven-
dentem imitatus, ante victo-
riam inter duces distribuit,
et

et incerti pro certi ipso eahilarat.

Distributio ducat. et Episcopat. inter duces.

Saxonicum donat Joanni Hercker.

Brunswicensem Bernardo Hertzer.

Westphalicum inter Rhenum et Visurgim Christi ano Hercker vict.

Juliacum et Civensem Joanni Hercker.

Geldriacum cum Trajectensi Episcopatu Joanni Salet.

Brabanticum et Hollandicum Comitatum Engelberto Hab. vict.

Coloniensem Philippo Ludano.

Moguntinum Henrico Canto.

Tre-

2194.

Trevirensem, Henrico Scot.
Osnaburgensem, Bremen,
ses, Verdensem & Min,
densem Joanni Hatzeberg
Hildensem & Magdebur,
gensem, Hermanno Sch,
rinck.

Utramque Frisiam cum
terra Groningana Nico,
lao Stirpeo.

Reliqui Reg Duces omniu
operum cura & imperium erat.
Ne autem tempus meditandi
seditionem adversus Regem
oppidanis relinquatur, conti,
nuo cos labore exercent. Ne
perviant, panem saltem tan,
tum conditum illis ad vescen,
dum apponunt. Nam cum
munitionibus necessariis for,
mandis non occuparentur,
aut templis aut tuguriis,

hu,

humilibúsque ædificiis circa
pomœria antiquitus exstructis,
funditus diruendis, occupati te-
nentur. Coeperant enim 21. Ja-
nuarii summa ædis structurâ
convellere, cùm antea munitio-
nibus publicis operam dederint.

Magno interea co-
namine, variisque motibus,
Hollandi, Frisiique
ad liberandam ab obsidione
urbem intra fines suos tumul-
tuantur. Sed cùm multi inter-
eâ Groninganâ confluxissent,
Georgius Comes Li-
ber Baro de Lauter,
Exercitûs Caroli V. Impera-
toris Vicarius 24. Januar.
eos profligarit, ac Grophe-
tam Petrum Comma.
Rex: qui ipse stultissimus,
se Filium Dei esse stul-
to

to populo persuasera, unde se populärem habiturum et armatas copias ad liberandam urbem coacturum sperabat: cum quibusdam ejus exercitûs capitibus commerito supplicio affecit. Vicesimo etiam 5. die Januarii Retinati nocturno concursu facto, Legidam, Regis monstrosi patriam, quantâ vi possunt, aggrediuntur. Verum cum majos furore, quam prudentiâ rem agere cœpissent, bonorum civium viribus à Spe potiundæ Civitatis dejecti, capiuntur, et utriusque sexûs non pauci furoris pœnas luunt, in quo motu Regis uxor Legida relicta, cum solum retinctorum receptrix esset, gladio cæ-

ſa

ja est,

Wilkius Stedingus

cùm aliquamdiu nihil explorati ex urbe habuisset, cuperét, que fare magnopere, quid in urbe agatur, quidve oppidani molian-tur, ea gregariis itaque militibus Hanſonem Nagelium Franco, ſordidum hominem callidum et verſutum, et ad fabulam, pera-gendam aptum deligit, quem magnis precibus, premijs, pol-licitationibúsque ut ſimulatâ defectione in urbem exploratu transeat, invitat: is interitus, et confidens ſe facturum recipit.

Quæſita est autem commoda defectionis ſimulatæ occaſio, ne commilitonibus fugæ conſi-lium pateſcat. Nagelius forte in caſtris Mauritianis, unum è commilitonibus ad ale-

æ

& usum provocat, ille vero intra propugnaculi septa minime ludendum, sicut nec pugnandum esse jure militari dictitat. edicto enim illud à jaciby militiæ vetitum esse, si ergo secum ludere velit, septa propugnaculi exeat, sc ad quevis paratus. Nageliy vero ardentiy instat, nec finem, nec modum lusui sandi facit, ubi vero nihil pro ficeret, raptim arma arripit, quasi magnum sit flagitium militem negare militi jactum alea, unde suam existimationem minui putabat. Post longomachiam, ultro citroque habitam, vibrantur utrimque arma. Nageliy acedando, pungendoque serio, ut putabatur instat. alter vero gladio suo ictby excipit, eludítque,

retrocedit, nec reverberat. Inter-
ea Stedingus, aliique militiæ
præfecti, hoc inusitato motu:
ex composito tamen facto: excita-
tis accurrunt, pugnamque di-
rimunt, et causam motûs inquirunt,
deprehenditur tandem Nageliu
primi motûs author, itaque quod
pacem publicam propugnaculi
violâsset, dignúsque ultimo sup-
plicio habitu esset, compedibus
Tribuni constringitur, detinetúr,
que captivus triduum, ne fabula
prodatur. Inde aùm Stedingu,
reliquique Juue animi oblecta-
di causâ in equis vehementer
vehuntur, Nageliu interim
adjutu per Tribunum colluso-
nis conscium claustra com-
pedum laxat, et se se versus
urbem, quantum potest, in
pedes conjicit. Ibi tum tota
ca-

castrorum multitudo indignum
facinus, defectionemq; turpis-
simam edclamat, sacramen-
tum, pactumque militare, et
nondum nomen violari. per-
sequuntur itaque omnes fugi-
entem minis, variisque voci-
ferationibus et fulminibus, ali-
us alium ad pugnandum, ce-
dendum, jaculandum, et tran-
verberandum desertorem inci-
tat. Oppidani vero in pro-
pugnaculo et terrea urbis mole,
motum sentientes, eundem trans-
fugam advertendum elatisca-
pitiis tegumenti inflammant,
seipsum jamjam bombarda-
rum ictibus ab insequentium
hostium persecutione libera-
turum. Quid multis? perve-
nit tutus in urbem, adventus
est gratus, ducitur ad Regem,
quo-

quomodo impiorum omnibus
num manus Arivaldi, presentem
que necem sine veri de causâ para
tam effugerit, exponit. Sanguina
rios esse suos, nullâque clementiâ
erga miserum moveri, edisserit, se
inter feras immanes vivere, et ho
stium benignitatem tentare malle
quàm suorum. Excipitur à Rege
humanissimè, versatur inter au
licos, donatur à Rege aureo an
nulo, vestitur splendidè, fit indies
Regi charior, diligentissimè
omnia, quæ aguntur, intuetur,
explorátque adeo, ut proditio
nis suspectus apud quosdam esse
coeperit. Sed authoritas, quæ
apud Regem pollebat, suspicio
nem obscuras, manet in urbe
ultra menses duos, ut omnia
secreta Regis et urbis exactius
cognosceret. Interea Stedin
gus

qus, cùm reditum illius exspecta-
ret, per castra nunciavit, ne quis
ex urbe interdiu venientem, suba-
riumque explicatum circa caput
agitantem occideret, illud enim
signi cuidam datum erat.
Nageius cùm se satis diu
in urbe fuisse, et omnia, quæ ibi
agerentur, explorâsse putaret,
30. Martii vel die martio post
diem Paschæ, quasi olera alla-
turus urbe egreditur, et recta ad
castra Mauritiana, unde di-
gressus fuerat, contendit, viso
signo à militibus excipitur,
ducitur ad Stedingum, nar-
rat omnia, quæ exploraverat,
Primum Regem 16. secum
pellices, quarum unâ potiri,
pua sit Regina, alere, ipsum
trecentas habiturum, et totius
mundi Monarcham: ut

po-

populo persuaserit, futurum, centum equos et ducentas propemodum vaccas in urbe esse, nec quicquam praeter salem et piscem, quibus vescantur, superesse. Item Regem eruptione violentam moliri, ipsumque plebi persuadere, unum Israelitam 10. impios in pugnam prostraturum. Patrem omnes obsidentes excitata percussurum. Item urbem pirum in modum firmari, Regem ipsum in eligendis munitionibus occupatum esse, et nisi ab Hollandis et Frisiis, quorum copias in singulos dies exspectat, ab obsidione liberetur, ipsum obsidione ad duos menses ob penuriam, famem et omnium rerum inopiam, non posse sustinere. Huic vero narranti ita fide

ha-

habetur, ut de certissimâ deditione urbis duces non ambigant, nihil nunc miles per castra sommiat, nisi de conditionibus deditionis & de pacie urbis cepta de direptione, de prædâ dividendâ jam cogitat; se tandem post longam Martis peregrinationem Janum daturum et senectuti viaticum consecuturum, quo reliquos vitæ annos in pace transigat.

Turbanus Billius vir militaris ordinis eo Dania oriundus, post calamitosam illam superiori anno factam oppugnationem in conflictaciuncula ab hostibus cæsus est, & 3. Februarii urbe clanculum ieversus, coram Principe, & militiæ Præfectis enunciat: Regem Lite-

rad

eas typis in urbe excusas, illi-
usque sigillo signatas, in omnes
orbis partes emissurum, quibus
grandia militibus stipendia, et
praedam omnium populorum pro-
mittat. Quo aestu ingentem
se exercitum in praesidium suae
causae, et omnis Magistratus
internecionem coacturum con-
fidit.

Princeps Thuscus ubi acce-
pisset, arctissimas vigilias di-
sponit, ne regii isti Legati
elabantur, passimque per orbem
varios motus excitent. Ingenia
enim militum ea esse cognoscit
ut manifestam etiam impie-
tem, magnitudine stipendii
et praeda illecti tueri non ere-
bescant: ibi enim, teste Lu-
cano, fas esse existimant, ubi
maxima merces. Quae res

non

non solùm se; verum etiam omnes Europæ Principes et Respublica conturbatura sit. Proinde si forte custodiam suam elabantur, Regij illud Propositum omnibus eius cumquaque principibus significavit, ne uspiam militum copias coalescere sinant.

Illi autem etsi arctissima custodia septi, inter tela et gladios tuti elabuntur.

Verum Regiis literis provisi à Georgio Schenck et aliis passim Magistratibus intercipiuntur, atque Supplicij meritis affecti, Regis pij expectationem frustrantur.

Multos inde oppidanos pullulascens rerum penuria ad defectionem sollicitavit, quæ quibusdam satis feliciter; quibusdam verò male cesserat.

Nam

Nam die 9. Februarii trevi-
ri Adolidem femina, cum aut de-
fectionem molirentur, aut defecti-
onis futuræ consii deprehenderentur,
neque eam Magistratui nuncia-
rent, gladio plectuntur, quorum
primus Hanso Bechemicus,
qui Urbanum Billum dabi
machinantem juverat ut ab Epi-
scopo, prosequoque effugituro,
commeatum impetret.
Hieronimus Asrofoes et
Henricus Holstex adlusio-
nem Billi et Bechemicii de effu-
gio, de commeatu ab Episcopo
petendo, deque commeatu im-
petrati symbolo foris inter mu-
nitiones et vineas ostentando
fecerunt et celaverunt.
Treierscherzia non tantum
Billi, verum etiam Her-
neri Schiffers defectionis
con-

confcia, quæ etiam ne inter elabendum quibusvis fidat, prænuit, fibi enim extrema à Rege, nifi prudentius rem inftituat, parata effe, ob id in cœnobio, à valle Rofarum nuncupato adaliquot dies captæ detinetur.

Margaretha Zwickeriana Billo litera pro gratiâ impetrandâ ad Raffelbium perferendas tradiderat, et pecuniam publicam, quam fecum exciturа, pro viatico ferret, fubtraxerat.

Anna Doxes Sylmanno Groningano S. Flor. infumptum effugii dederat, quod fcelus, ne fimili fe poftea contaminaret, carcere expiatum eft. nunc vero Superioris fibi factæ gratiæ immemor Billo 8 florenos fuppeditaverat, pro-

praterea juxta arctum ponti-
culum, quo itur ad Transfluvia-
nos 17. florc. repertos, in contem-
ptum regii edicti in commune
non detulit, sed sibi servavit,
& sub tecto domûs suæ con-
didit.

Propter hæc enormia
si dis placet, flagitia capiti,
in forum protrahuntur, &
decollantur.

Cùm vero Carnifex in
aede Praetorianica, è
valle Rosarum ad supplicium
protraxit, tardior visus est
Knipperdöllingius gladi-
um è manibus carnificis
rapuit, & officium illius per-
egit, neque amicus amico
pepercit, neque horruit eum
fluvere sanguinem, quo sæpe
concaluerat, nec erubuit cru-
de-

delem se ei exhibere hostem, cu-
jus amplexibus totus veneri ali-
quoties indulserat; Ille verò furo-
rem suum excusans, Patriæ se
in stinctu agitatum proclamat,
illius nutu et arbitrio manus
suas præter opinionem suam
in sceleris vindictam commotas
et impulsas esse.

Matthiades quoque Arschius
cùm advenæ cuidam arma ven-
didisset, et à Turbano Pillo
duos plor. Philippicos auce-
pisset, atque ita adversùs Le-
gis dictum pecuniâ interve-
niente negotiatus fuisset, 25.
Februarii gladio cæsus est.

Legitima Krippendol-
fingi uxor, matrona qui-
dem honesta, cùm adversùs po-
lygamiam multa dicitasset,
Rex eam in forum pro-
du-

dum jubet, ubi in populi freque-
ti arena stictum gladium ali-
quamdiu tenere compellitur.
Qua ignominia cum agnosceret
se deliquisse, remissionem impe-
travit.

Cum Oppidani, aut bini,
aut terni, aut quaterni, aut
plures simul consociati excursi-
ones sæpe facerent, et pro arbitrio
aut cum militibus confligerent,
aut iis non sentientibus castra
præterirent, commeatumque
passim in villis rusticanis aut
emptum, aut militia prætexta
raptum secum in urbem trans-
portarent, vel non redituri ela-
berentur, effugerentque; alii
vero quovis tempore urbem
impune ingredierentur.

Princeps et militiæ duce
opus in autumno superioris
anni

anni acptum, et partim Haven-
dorpensium seditione, partim
hyemis incommodo abruptum
perficiendum esse censent, et ut
tota urbs vallo, fossáque arctis-
sime cingatur, ne cuiquam exitus
ingressusque in urbem pateat;
sic enim fore, ut oppidani com-
meatibus intercluſi, penuriá
rerum necessariarum laborant-
tes, et auxilii et liberationis spe
destituti, sine sanguine se de-
dant, atque ita se incruentam
victoriam habituros, confidunt.
Revocantur itaque agricolæ,
ad opus superiori anno intermis-
sum ad XI. diem Februarii,
qui invitis quidem superioris
incommodi memoribus ad hoc opus
pertrahuntur, quorum quidam
cum non solum rebellesserint,
sed et alios quoque ad similem
re-

rebellionem ita animâsent, ut horrendam seditionem omnium rusticorum trium Episcopatuum adversus Principem ferè commovissent, capite plectuntur, et conjurata seditionis poenas, in harcrum angustiâ bene commerita, dederunt, quorum exempla à simili temeritate reli, quos deterruerunt. Peculiaris etiam domus in castris exstruitur, in quâ gerræ, vineæ tormentorum objectacula et defensacula militum, ex vinibus lentis et tenacioribus virgultis texcrentur, operasita, que partiuntur, ut Walthecæ, ni agricolæ ab Alphæ dextro latere, in urbem decurrentis ad Antonii Lichtertenii propugnaculum opus ducere inciperent, inde Bervergenses et Saxenburgici, ad Stan-

Sonij

2214.

Sonis Seckelenburgici castellum, inde Ludinckhusiani ad arces Mauritianas, quibus Redingus praefuit, inde Stortmariani ad Wilhelmi Arnhemiae Sortalitia, inde Dulmanienses et Stromburgenses ad Laurentii Stonstanii munimentum, inde Schusia, ni Abcortholdiani ad Egberti Deverani defensaculum, inde Gernenses ruricolae ad Stermanni Sittardi crymeta, et hinc ad Sinistrum Alphae latus. Stis post diem quintum dimissis Harpteviani, Wildeshusenses, Vechtenses, Emslandii, Coppenbergenses, et Dulmenhorstani succedunt. Stis aliarum quoque Diocesium Agricolae, donec operis absolvatur, per vices substituuntur, ita ut supra tria su-

Sti-

licorum millia à Satrapis et
Præfectis suis ibi præsentibus
continuo labore occupabi sem-
per detinebantur, nisi quod
statis horis tympanorum pul-
su à labore quiescant, et ad
eundem revocentur, arctissimè
itaque urbs tota, præcipitibus fos-
sâ, præruptóque vallo sentibus
lignisque per certa intervalla
insertis ad retinendum opus
è terrâ fabulosa congestum
interpositis cingitur, libertásque
vagandi, erumpendíque oppi-
danis adimitur, quæres ipsis
exitio tandem futura erat,
multum temporis in eo opere
excitando absumitur, amplis-
simam enim illud campi pla-
ciem s. quam regnum vul-
gus appellavit s. inter castra
ad urbem continuo circumdu-
ctu

ctu amplectitur.

Orientales urbes, quae cum aliis quibusdam Rebus pub: commodioris mercaturae exercendae gratia quaedam inter se foedera antiquitus pepigerunt: / Monasterium nobilissimam Westphaliae metropolim, foedere sibi quoque consociatam, ita ferro, aedibus, populationibusque perituram dolent.

Itaque Senatus Lubecensis Reipubl: per literas ad Principem nostrum 13. Februarii Scriptas efflagitat: ut sibi vicinisque civitatibus utpote Hamburgensi & Bremensi controversiam inter se, civitatemque Monast: jam diu agitatam & gliscentem in gratiam innocentum: / quo;

quorum sine dubio magna in-
ter nocentes adhuc fit copia: /
intercipere, coeptam per Gratiam
Dei ad pristinam concordiam
revocare liceat, eodem quoque
tempore Arianensis Arie Epi-
mensis idem petitum iterum ade-
rat.

Ad quae Princeps:
Se non animi aut oblectatio,
nis causa, aut temere, levemque
ob causam, sed summa et inevi-
tabili necessitate adactum,
violentos istos urbis Roms de-
tentores, seditiosos, schismati-
cos Anabaptistica fece pollutos
perfidos, foedifragos, perjuros
impios, Imperii edicti et publi-
ce pacis violatores, ut subditi
in tranquillitate conservent, /
ferro, armisque persequi, civi-
tatemque tanquam impiorum

A

et seditiosorum asylum obsidere, et nisi illud factum fuisset, Nonnasterienses non solum Diœcesim, verum etiam Germaniam, et totum inde christianum orbem quasi contagione quadam, seditione sua turbaturos, et in ignem eadem præcipitatu, ros fuisse. Sæpe ipsos et orbis Legatorum suorum et Scriptis non tam à se et Diœcesis ordinibus, sed etiam ab Imperii aliquot Principibus familiariter admonitos fuisse, quæ omnia nihil profuerint, imò ipsos perfractiores, obstinatiores, et pertinaciores reddita. Se ergo periculosam belli obsidionis ale, am primum subiisse, inde ubi se suscepto oneri imparem esse intelligeret, se vicinorum Principum et tandem aliorum vim,

pe,

perii Rom: ordinum præsidia
adversùs Monasterienſium
temeritatem implorasse et non
secutum esse. Sibi enim ab illis
non tantum auxilium decre-
tum esse; verùm etiam ipsos
se in partem onerum intromi-
sisse. Proinde se sine illorum
consilio, et authoritate, quorum
maxime interfit, nihil in hac
causâ admisurum. Si verò
aliâ in re ipsis gratificari
et vicinitatis officia præstare
quiverit, se non gravatim id
facturum.

Hoc responso facilè declara-
tur, quod Imperii Principes
impietati et rebellioni ejus em-
pla in hac urbe statuenda
esse decreverint.

Nicolaus Burgardius
miles gregarius ab oppida-

ni

nis ante menses aliquot captu
25. Martii vel die Joris post
palmarum occasione capta
ex urbe ad suos redit, hic comme-
morat Nonn. 8. viros totidem
pecuniarum saranis onustos
16. Martii in Hollandiam et
Frisiam, auxilia petitum tem-
pore noctur no ablegâsse, quo-
rum 4. Clivense, reliqui verò
4. Geldriacum castellum con-
tum est quinquaginta armati
Stipati, militibus non senten-
tibus intertumultum progressi
sunt. Refert etiam Regem
Salcalij quibusdam curribus
frumentalium eruptionem
facturum.

Proinde Princeps
omnia Dioeceses oppida, omnes-
que Satrapas et pagorum,
villarumque Praefectos admo-
ne-

nel, ut accuratissimè rebus suis prospiciat, et si quid frumenti aut commeatus in loci, urbi propinquioribus habuerint, remotioribus et tutioribus id committat.

Rex cum paschalis Sabbati dies instaret, qui eo anno 28. Martii celebrabatur, et de liberatione urbis, quam populo vaticinatus erat futuram, desperare inciperet, aegritudinem simulat, domi se se ad dies continet, ut interea viam elabendi et purgandi se se apud plebem meditetur.

Actis diebus elapsis ad forum et frequentis populi conspectum liberationis avidi satis confidenter prodit, atque ibi patrem omnium Israelitarum peccata suis humeris im-

po-

posuisse, quæ se per diem aliquod debilem fecerint, enunciat, hoc se gravi jugo populi nomine pressum, eò quòd suas humanæ naturæ vires debilitatas fuisse, sed Patris clementia in integrum restitutas esse. Liberos itaque jam ipsos à peccati sarcinâ reddito. de internâ et spirituali, quæ potissima sibi liberatione, quam æternam præcedere sibi necesse, se sensisse. Cum à se liberationem promissam esse, æternam patienter expectent, eam enim certo futuram, si in peccata non relabantur, et plenam in Patrem fiduci, am collocent, Ipsum suorum, quam desertorum, Ipsum constantiam suorum variis afflictionibus probaturum.

Circa 28. diem Mar-

tii

tii magna Anabaptistarum
turba antiquum cœnobium S.
Josas præruptoque aggere se-
ptum, et firmioribus ædificiis
communitum in Frisia orienta-
li inter Snecam et Bolswerdam
situm, vi invadunt; illud adver-
sus hostilem impressionem fir-
mare incipiunt. Georgius
verò, Scherck continuo hos
persecutus obsidione eos cingit,
et eorum animos, quid facturi
sint, subitâ et tumultuariâ
oppugnatione ex itinere per-
tentat. Cum verò munitio-
nes cœnobii firmas deprehen-
deret, neque subitò expugnare
posset, tormentis advectis, ea
primo die Aprilis confrin-
git; hinc S. impressionibus
recentibus militibus oppugnat,
et in quarta ædificia aliquot

de-

depulsis inde hostibus abscessum
est. Et cum in templum tandem
secessissent, illudque communi-
vissent, neque sacrificium illud
propter lectissimorum sirmiorum con-
jicii possent, die 7. Aprilis
a quinque partibus tormentis
et machinis bellicis concutit,
et horâ tertiâ pomeridianâ na-
valibus pontibus illud magnâ
vi oppugnat, postquam solis
occasum non sine caedis
suorum dedecore victoriâ potitus
furorem eorum compescuit, et
iter institutum interrupit.
Hinc Georgius Duc. Sect
ita Germaniam inferiorem
et Brabantiae passim obsidet,
ut nullos retinctorum actus
illic coalescere nec errantes
in pelago navis Anabaptisticis
foetus ad littus appellare sinat.

Ca-

Carolus etiam Dux Geldriæ catholicæ religioni additissimus, sectariis infensissimus, Tres na, ves Anabaptistas utri, usque secũ Avariis armis in editum Daventriensium fa, ctas cum oneribus in Issulã demersit.

In imperii conventu, quem Ferdinandus Rex rogatu Principum, ut Con, stantiæ convenerat, ad quar, tum diem Aprilis per Lega, tos agebat, quædam Civitates, quæ nihil adhuc subsidii in obsidionem civitatis Monast. contulerant, protestantur, se ad diem eum propter decretum Confluentinum non venisse, sed ut Imperatori ~~no~~ et Regi morem gerant, magna ergo

fuit

fuit inter Principes de contri-
butione altercatio. Tandem
tamen in menses 5. auxilium
decernunt, nempe ad viginti
aureorum millia in singulos
menses. Praterea ut capta
urbe innocentia parcatur, et
in auxilium pulsis civibus bona
immobilia et in urbe relicta re-
stituantur; alius quoque in
hac eadem causa ad 13. Julii
conventus hoc eodem loco cele-
brandus indicitur. De quo
suo loco.

De Legat. Imper. ad urbe
Insuper Obsidano iterum et
postremo publica imperii le-
gatione admonendo esse, cen-
sent. Mittuntur ergo Impe-
rii sumptibus, Francof.
fur dienses et Nurem-
bergenses Consules,

qui

qui post fidelem admonitionem
urbis deditionem ad poenam et
gratiam poscant.

Quibus Mons: respondet.
Nihil sibi negotii esse, cum
quarta illa Danielis bestia, vel
cum imperio Romano, se novum
Israheliticum sanctum Patris
coelestis instinctu, longe à Ro-
mano diversum instituisse et
fundasse imperium. Se provin-
de efflagitare, ne Patri coe-
lesti adversentur, neve illius
regnum impiis armis suis
evertere conentur, alioquin fore,
ut illius indignationem, vin-
dictam, et perpetuum exitium
sibi accersant.

Princeps et Praefecti
militiae ab initio obsidionis
in Pictauio castra metati
sunt, sed cum ille locus remoti-

or

or sit ab urbe, inde ergo ad locum
urbi propinquiorem post castellum
Arnhemicum in prædiis Averka,
gii A Wintercampii 5. die Aprilis tentoria sua transferunt.
Princeps vero cum animo et
corpore Wolbecam abit, ubi in
arce suâ quibusvis sui conveni,
endi copiam facit, finémque
aut facti sui, aut belli opperiatur.
Liber quidam Z. V. A,
prius elapsus refert, in urbe
non solùm panis, verùm etiã
omnium rerum penuriã oppi,
danos laborare, et plerosque
herbis, graminibúsque vesci.
Et quamquam penuria
animos quoque frangere atque
debilitare soleat, nihilo tamen
minùs horum animi pla,
cescunt. Nam Hensatæ
Seckenburgicum ca,
stelli

stelli juxta pratum Prohagii excitati Ducem in equo te more extra munitiones vectum tormento trajiciunt, quem tamen satellites, ne oppidani ipsum esse tabu sentiant, in equo erectum ad castra usque sustentant. Cui Ludovicus Brunsvicus succedit.

In eodem quoque Aprilis mense Wilhelmus Henricus castelli Crinkingani praefectus, cum impressionibus atque licentius per agros evagaretur, bombarda tra jectus, rebus humanis excessit atque huic Matthias Bilderbechius substitutus fuit.

In hoc eodem mense Infans Agrippinas, dubio nodum fugio

cum

cum primum è castris in urbem,
inde inedia perlocsus ex urbe im-
pune elugere speraret captus est cum
quinque viris selinlij et duabus fœ-
minis ultimo supplicio adjudicatus
et altera gladio cæditur.

Hæc penuria et fames
urbis ita paulatim invalescit,
ita sœvit, ita populum affligit
ut ea pro ventre alendo in cibum
vertere cogantur, à quibus alioqui
hominis natura abhorret. Hæc
equarum maritos, pullosque, hæc
canes fœdissimos, hominum ami-
cos: quæ neque auro, neque
gemmis corrumpuntur, neque
flagris, quantumvis heribus
fidem mutant: excoriari jubet.
Hæc pro leporibus, apris et cervis,
quorum nulla fuit copia, mu-
res, soricesque et glires non quidem
in silvis; sed horreis inanibus

A

et vanis non plagis et telis, sed
decipulis esca, ad fallendum in
struclis venari suggerit, qui dum
escam captant, esca fiunt, hæc
loco leporum numerum hostes
quos solos vocamus. Illevero
lepores domestico malabat resec
tis capitibus cum cerebrum
noxium putetur, verubus infixos
igni torret, hæc corium, hæc de
tritos calceos, hæc omnis generis
pelles, hæc librorum non exustos
cum aluta, aqua permollita
et frustatim concisas, hæc ra
narum lumbos, lenta, tenaciq
pinguedine fugit, hæc viride
pampinos acetosum saporem
referentes, hæc novos et molles
adhuc arborum frutices et cor
tices in deliciis habet, hæc oleri
bus cibis, quæ semel iterum
que febrica candela raptim
im,

immersa pinguescere putantur,
gaudet, hæc limaces & cochleas
lubricas, hæc herinaceos hirtos in
regno captos in cibum vertit, hæc
herbas & radices quaslibet in cibi
nutrimenti Solamina posit,
hæc boum, vaecarúmque excre-
menta solo excitata colligit,
hæ forticas juata Atpham vi-
matur, et excrementum huma-
num aëris, solisque calore in
massam induratum cruit, quos
cum intus speciem panis referret,
quidam eo ad edendum illecti
sunt, sed cum degustassent, non
sine horrore et nausea illud ab-
jecerunt, et mortem, quam talem
cibum iterum gustare malue-
runt, hæc recentia cadavera
captis inde musculosis carni-
um pulpis ferro spoliat.
Hinc viribus destituti & exhau-

sti

sti, hinc tabe lurida & exhausti
in varia morborum genera incu-
dunt, cura primum inflamman-
tur & turgent, inde totum corpus
fit luber. Quidam enim crudis
humoribus adeo intumescunt, ut
vix corporis sui molem ferre que-
ant. Multos infantes autrin cu-
nis aut in sinu matrum auxilii
experium, fames absumit & ne-
cat. Multos quoque fabre,
fio referre: / parentum gla-
dius cibi causa extinguit, quo-
rum membra post captam ur-
bem, non in uno sed pluribus
urbis locis in caligine aspor-
ta sunt. Hansonii Neue-
meni Senatoris uxor tri-
gemino s peperit, quos me-
dratim dissectos in salsu-
gine conservavit. Paren-
tes in sua pignora, imo in

sua

sua viscera mactando, laniando
laceranda̅q; sæviunt. Quæ un,
quam fera tam immanis, tá̅q;
crudelis fuit, quæ in suam, sobo,
lem et partum dentes suas acuit?
diligunt enim feræ suos foetus,
quos etiam in fame cibis, aut
magno labore, aut periculo vitæ
suæ paratis, vel proprio interdum
sanguine nutriunt, et in vitâ
conservant. Bruta quoque
quæ alterius generis animalibus
rapina pascuntur, à consimili
tamen sui generis sanguine
sibi temperant, atque hi à pro,
prii partûs cibo non abhorren,
tes. O malesuada penuria,
quæ naturæ leges violas, O preti,
osa fames, quæ proprii visceri,
bus non parcis. O obscena ege,
stas, quæ sordida et insuela
humanis usibus infers. Hoc
ops.

oppidum Westphalicum Hyero-
solimam istam Judaicam non
modo æquare, verùm etiam cala-
mitatibus et miseriis superare
non est ambigendum. Non igi-
tur sine fatali causâ novam
illud Hyerosolimam appellitant.
Artis oppidanorum flaccida car-
ne absumpta exarescit, atque
ingressæ, per eam costæ distinc-
ta numerantur, ossa exstant,
digiti macie rigent, naso acu-
itur, genæ pendent et sulcosa-
gunt, lumina in suis sedibus
altius subsidunt, et quasi de-
morsa conspiciuntur, livor
est in vultu et adeo macie con-
fecti sunt, ut spectris hos et
simulacris mortuorum simili-
ores esse dicere, quam homi-
nibus, sola hominis figura
cernitur. Usus verò et offici-

um

um desideratur, quidam ulceru
sanie ita solvuntur, ut vivente
diffluant, putrescant & ambu
lantes moriantur, quidam di ten
tã aute rumpuntur, & ut, poa
dicam, urbs erat plena mortu
Plurimi enim passim in vici
corruunt, subitóque expirant,
quorum cadavera ad eriandum
foetorem Regia jussu Regio
ad hoc comparata, in vecta subi
tò tumulanda avehuntur; ma
gni enim terræ hiatus ad cada
veram sepulturam aperiuntur,
qui immissis mortuorum cor
poribus paulatim replentur.
Quidam promissione Regis pe
ti, eam habent fiduciam, ut
priusquam fame intereant,
Latrem fata platearum in
panes transformaturum cre
dant, ideóque cùm horrendã
ejus

spirie torquerentur, morsibus fili-
ces prælenkant; at ubi neque sub-
stantia, neque ullius accidentis
metamorphosim saltam cæperu-
erint, pristina illa pristina sta-
cepit, et flente miserrime secse
secundo lauite querunkur. Omnia
gemitibus personant, omnia pue-
ilibus ploratibus replentur, o-
mnia scrum et ægrotorum suspi-
riis conturbantur. Hoc unum
danculum quærunkur, quodnam
thore tantæ miseriæ non so-
lum supersunt: verum etiam
omnis generis voluptatibus per-
fruntur, et quasi bene gesta
honoribus insuper afficiuntur.
Rex enim prose, suisque omni-
um rerum copiam et instru-
ctissimam culinam apud se
in regiâ aulâ abundanter
habet, his querelis non commo-
vetur

retur, neque miseriam populi sui extrema fame tabescentis ipse luxu diffluens, agnosceret, sed patrem suam plebem non deserturum, fiduciam saltem per famem exploratum omnio natur. Qui verò minus insipiens sint constantes, his se liberam exeundi facultatem facturum, si meliori in urbe relicto, vilioni vestitu egrediantur, se enim non solum, etiamsi omnes decesserint, Angelorum ope et praesidio civitatem ab hostili impressione defensurum.

Haec cùm à Rege exeundi libertas promitteretur acerbissimam famem effugientes, in hostium gladios incidere maluerunt, quàm lenitâ efurie tabescere, fatius esse ducentes uno die ex-

fu-

subito extingui, quàm singulis
diebus mori, unam perferre mor-
tem, quam multas. Magnam
ergo multitudinem virorum, fe-
mum malè affectorum, mulierum
et puerorum in Aprili horrenda
fames in singulos dies urbe ex-
pulit, inter quos fuerunt, qui
inter octo hebdomadas ne mica
quidem panis quotafsent. Viro-
rum aram spectiu, quamvis
veteris et imbelle genus hominu
agere debuissent, et tempus veni-
à elapsum esset, hostilis gladius
habita tamen innocentiæ rati-
one absumpsit, quorum quidem
gladio vedi, quàm vita donari,
et negotii conficiendi causâ in
urbem ad intolerabiles ærumnas
redire malebant, Senes verò
quibus parcitur, mulieres et pueri
inter urbem et castra à mili-

tibus

tibus cõëreentur, et ad urbem repel-
lantur, sed in urbem redire nolentes,
in regno p: quo inter castra et urbem;
conclusi, ad 4. fere hebdomadas,
vagantur, et instar quadrupedum
herbas vesantur. Quidam debi-
lia membra trahentes in terrã re-
punt, et quæcunque necessitas
affert, usurpant, quidquid fortu-
na et casus subministrat in ci-
bum vertunt, tanta est fervor
edendi, ut nec sapor amplius
discrimina eborum faciat, qui-
dam viribus prorsus destituti
in arena se volvunt, palpitant,
et moribunda membra sursum,
deorsumque trahunt. Quidam
ita avidam succo oleribus et
virgultorum foliis farciunt, ut
pleno ore suffocentur, quidam
dum procumbunt, et ore vellunt
herbas dentibus subito morsu

ce-

cespite apprehendunt et vitam evomunt. Quidam lacrymantur, sed pro aviditate lacrymas effundere non possunt. Quidam gemunt et suspirant, lamentabili, que voce querunturs. O fames insatiabilis, o pestis ipsa morte atrocior et crudelior, o horrendum Polymorum flagellum, o judaica lues, o flamma viscera nostra excrucians, o mors, cur à nobis refugis? cur longas vitæ moras, non abrumpis? cur non melam crumnis et calamitatibus imponis? cur miseriis nostras differs, et differendo auges? nihil jam in urbe nobis superest, omnia sunt ~~penè~~ pene absumpta, fames in singulas horas inva-lescit et recrudescit, foris à milite gladiis cœrcemur, inter urbem et castra concludimur,

cva,

evagendi, abeundique libertas
nobis adimitur, utinam hanc so-
lam gratiam ab hoste consequa-
mur, ut gladiis, tormentisve pe-
dora, utemque nostram vicosi-
bus adhærentem confodiat, utina
saniei, qua pro sanguine disten-
dimur, ferro viam faciat utina
è præcipitio dejecti et fossarum
aquis suffocati fuissemus, non
formidamus hostem, nec hostis
arma, sed horrendum nostrum,
quod circumferimus, quod visce-
ra nostra edit, quod artus
attenuat, quod in medullas de-
scendit, quod vires nostras absu-
mit, hoc vulnere, hi vulnere in-
tus afligimur, intus excruci-
amur, intus sine morte mori-
mur. his omnibus vulneribus,
his molestiis, huic monstro, huic
morbi, atri panis crustulâ
men-

mederi posset, dum ita fones, ma-
trésque querunt, infantes alii
pra inedia vagiunt, alii ficcis
matrum uberibus adhærentes
frustra ea lambunt, alii pro
lacte vivifico fordidam saniem
attrahunt, alii ploranty, & è
sinu materno suspicientes per-
manfum ex ore matris cibum
hiantibus oculis exspectant,
& certâ spe sibi ora movent,
sed delusi lacrymantur. Alii
grandiores ~~by~~ butyro illitum,
alii ficcum panem postulant,
matres verò singultus, gemitus
et lacrymas sibi loco donant,
& secum adamatis pusionibus
non extincta esse quærunt.
Nullis inde lamentis suppli-
cant militibus, ut se homines
esse reminiscantur, et se à mu-
liebri sexu editos, se infantes

fu-

fuisse, materno præsidio equisse
maternâ curâ et sollicitudine e-
nutritos esse, si ergo per amorem
maternum in liberos obsecrare,
ut sibi pauxillum atri et muscosi
panis adjiciant, sit sua cum cani-
bus portio. Si vero id fieri ne-
queat, infantem saltem fameli-
cum et morti vicinum, semel quo-
cunque etiam cibo saturent, vel
si neque se ad id, muliebribus
lacrymis se moveri sinant, uno
ense cum parvulo transigant et
calamitati suæ finem impo-
nant, cùm vivere sibi miserri-
mum sit, ergastulum animæ
solvant, carcerem ferro aperi-
ant animam carnis consortio
infirmam et diuturnis labori-
bus defatigatam liberant, ut
à carne divulsa libertate
fruatur, illud se pro benefi-

cio

cio summo habituros.

Miles quamvis durus et inexorabilis, hac tamen miseranda rerum facie et querimoniis que et feras immanes et saxa commovissent, ita emollitur, ut miseriæ muliebri et puerili humano aliquo solatio succurrendum esse existimarent. Bene ergo milites e castris matribus, puerisque per munitiones adjiciunt, qui quantum per ætatem et famem licuit, non aliter, quam famelici catelli certatim ad cibum curritant, alius alium præcurrere contendit, alius alium præripere volum get, fit unde variæ contentiones, inter pueros oriuntur, quas matres vix sopiunt, non enim de rebus levis momenti, sed de cibo, vitæ conservatore agitur.

Cum

Cùm autem data esset ipsis cibi
copia, quibusdam oneri accipiebe-
bus, dentes defuncti alimentis
mandere ingesta non poterant,
invalidus erat morsus, obstructi
erant meatus alimentorum, obri-
guerant interia viscera, inter-
clusi erant sanguinis ductus,
aruerant jecoris vena cibum
attrahentes, avidita quidem ede-
di manserat, manserat appetentia
cibi; sed edendi usus defecerat.
cibus itaque pluribus periculum
quam salutem adferebat, in
quibus appetitus edendi ratio-
nem præcurrebat. Quidam
enim mensuræ nescii, supra
modum cibum ingerebant, ide-
oque magis inflabantur, solito
cibo, quam reficiebantur, et
repentino cibo farti crepaban-
et rumpebantur. Qui verò
pau-

paulatim, & parcâ manu cibi
rebantur, & fervorem edendi
frustrabantur, donec à diuturna
abum capiendi consuetudine ad
pristinum usum reverterentur,
periculum evadebant.

Hæc cum miseria et
calamitas egressorum, quoti-
die ex urbe elabentium, & in regno
instar brutorum errantium per
Oberstenrium militis Præ-
fectum ZZ. Spiritis ad
Principem perlata
esset; Princeps ingemuit,
& urbis & egressorum miseriam
ex animo deplorat, manus in
velum attollit, & se tam horre-
de calamitatis causam non esse
testatur, qui sæpe oppidanis
in ipsâ obsidione pacem &
culpæ gratiam obtulisset ultro
si impietate & rebellione pro-

filia

sitâ pacem et gratiam totiesq; oblatam elegissent, se clementissimum illis futurum fuisse; ubi verò bellum, quàm pacem, angustias, quàm libertatem, famem, quàm satietatem maluissent, se necessario pro defensione gloriæ Dei, catholicæ religionis et Reipub. tranquillitatis ad arma protractum, coram Deo itaque et hominibus se abillâ clade purgatum esse.

Inde cum militia Hesty de transfugis et urbe egressi consultant, et cum hac consultatio, ne visum fuisset Principi, immane, crudele, horrendum, tantum senum, mulierum puerorum et malè affectorum multitudinem, in quâ procul dubio plurimi sint innocentes, sine de-

dio crimine mutare, aut itainter
urbem et castra cõtineri, ut fame et
inedia simul extinguantur, cum
foris malint gladio confici, quam
in urbem redire et fame tabescere,
neque satis tutum ratu esset,
ipsis libertatem abeundi permit-
tere, ni similis seditioni alia loca
impune concitent et everlant.
Quare nequid atrocius vel leniu,
quam aequum sit in eo tran-
fugas ãsse decernatur. Itane
rem consilio Colonienses et Cli-
venses proponendam esse suadet,
ut isti Principes, quid sibi utile
visum fuerit, in medium con-
sulant, reservato tamen sibi
consilii temperamento. Haec
consultatio ab utriusque Prin-
cipis consiliariis facta est,
Coloniae 13. May, in qua de-
cernitur primum, ut egressi

in

in urbem, quacunque ratione
possit, redire compellantur, ut
maritos sua, aliosque sibi sangui-
ne junctos, ad capiendum Regem,
reliquaque præcipua factionis
capita conveniant, quibus Illis
ipsi traditis, urbeque reclusa,
sibi, reliquisque oppidanis
innocentibus gratiam compa-
rent, si vero ad id induci non
possint, ut in urbem revertan-
tur, totam multitudinem
egressorum hominum pedes-
sium per equitatum decu-
riatam nocturnis, diurnisque
vigiliis, ita ad captam usque
urbem coercendam et custodi-
endam, ne quis eorum se se
subducat, neve quis pere-
grinus ad ipsos alloquendi
causa admittatur.

Præterea ut diligens et ac-

curata tam inter fœminas quam mares inquisitio fiat, sponte ne an coacti in urbem transierint, vel in ea remanserint: an ana-baptismo ad dicti fuerint: quid de eo sentiant &c. Eo certo consilio, ut innocentia parcatur, flagitiosi vero et ana-baptistæ, ea labe contaminati, commeritis supplicijs secundum pias Imperatorias que institutiones afficiantur.

Ac hæc ut ad supplicium destinatis, doctis et piis Ecclesiastes adhibeatur, qui ipsos ab errore, ad veritatis agnitionem ad derijs in viam veram per scripturam sanctam vero, cel, et ne salutis æternæ jactura faciant, reducat.

Postremo dabitur opera, ne ei illi, qui tanquam innocentes

dicti

Dikkausii conservandi sunt, anci-
onatore catholico deditivantur, ut
si forte impietatis reliquiæ ea pri-
stina labe in ipsis remanserint,
stirpitus eradicentur, et in catholi-
cæ religione confirmentur.
Ad hæc consulta, Episco-
pus noster VI. Maji resp.
aliquot centena hominum ple-
berum capita inter urbem et ca-
stra errantia, neque blandis verbis
invitis, neque vi ulla cogi posse,
ut in urbem reverterentur, se
hostili gladio malle continuo oc-
cumbere, quam ad priores ærumnas,
quas deseruerint, redire. Dixere,
sis proinde capita, ad quæ potis-
simum hoc negotium pertineat,
sine totum militare consilium
~~confodiatis~~, censuisse. Egressorum
hominum multitudinem dati
vatibus in diversas regionis partes
spar-

spargendas esse, in quibus se, donec
inde revocentur, mortis poena, non
parentibus, proposita contineant,
ne Diœcesis hæc pluribus degrave-
tur sumptibus, quam ferre queat.
multis enim impendiis opus esse,
primum ad vigilias tam diurnas,
quam nocturnas peragendas: de-
inde ad tantam hominum multi-
tudinem alendam, qua in singu-
las etiam horas, transfugarum
numero incrementum sumptura
sit.

Princeps ergo Z8

May totam illam multitudi-
nem per quosdam bombardi-
geras et equitum turmas, ea ar-
gustulo illo seu regno undique
concluso liberat, Dirkhausium
transfert, sed cum multi utri-
usque sexus fame, inopia, ae-
gritudine, vel senio fracti, ne-

que

que consistere, neque ingredi possent, quadrigis eò veheti sunt; ibi crimine notati ab innocentibus sejunguntur, & ultimo supplicio designati, post biduum plectuntur; insontes verò pactionibus quibusdam obligati præstito jurejurando, & datis fidejussoribus ad diversa Diœcesis loca relegantur. Fidejussores autem pro personarum dignitate ad certam pecuniæ summam eos solvendam, Principi loco juramenti se obligant si relegandi à fide datâ recedant, & pacta in minimo violent.

Pactiones & Articuli

Mulieribus et Seminibus Monasterio egressis et in gratiam quodammodo receptis pro,

propositi, quos singu-
li uno propinquorum
adhibito et juro juran-
do interposito se serva-
turos recipiebant.

N.

Primum Anabapti-
smum omnes exco articulos
manentes, per quos seducti, se
ductæve sint, ex animo abju-
rant, neque se his impostern
adhæsuros, aut ad præterita
delicta reditu-ros, sed cum supe-
riori vita resipiscentia, quæ et
christiane victuros pollicentur.

2.

Secundo se solutum, ad
quem relegantur, sine arbitrio
et voluntate Principis sub pœ-
na ultimi supplicii non muta-
turos, neque se apud quem qua
hominum, cujuscunque sta-
tus

sit ætatis, de anabaptisticâ
secta verba facturus, nedum viam
ad eam præsturus, eámve doctu-
ros, sed hominum multorum com-
mercia adtempus se evitaturos,
promittunt.

3.

Tertio se verso demon-
stratum fuerit, se quemquam
cujuslibet ætatis hominem, verbis,
factis, scriptis, aut quælibet
aliâ ratione, post hanc rele-
gationem anabaptismum docu-
isse, aut propagasse, continuo
poenas bene commeritas se data-
ros recipiunt.

4.

Quarto reconciliata
per Dei gratiam urbe Monsi,
ejusque remissionem delicti mere-
antur, se publicam impietatis
et admissi sceleris poenitenti-
am

am, qualemcunque sibi Sum, cepit imposuerit, libenter acturos.

5.

Quinto omnes articulos superiores sub privatione vitæ et æterne salutis se servaturos, neque se eos verbis, factis, scriptis, aut quacunque sinistra machinatione, clam, palamve neque per se, neque per alios oppugnaturos, neque se adversus eos ab ullo Magistratu Ecclesiastico, seu profano privilegium ullum impetraturos, jure jurando affirmant.

Ubertus Crivus reliquique quæ mibitice Præfecti cum incredibilem miseriam et calamitatem in urbe esse, à transfugis illis, quos fames, ut dictum est, expulerat, accepissent, ad deditionem

opus

oppidanos nunc fore proniores
existimant. Proinde ut sangui-
ni parcatur, scripto D. Mar-
ij in urbem misso ipsos
iterum admonere utile visum
est, ut depositâ impietate
serio resipiscant, et civitatem
ac gratiam poenamque dedant.
Si vero, ut id faciant, sibi persua-
deri non sinant, viros, mulieres
puerosque in urbe retineant,
neque eos egredi permittant,
alioquin se eos infestissimorum
hostium loco habituros.

Ad quae oppidani
2. Junii respondent in
hunc modum:

Quanquam responsum
à nobis non postulatis, me-
mores sine dubio superioris pra-
meditati, et constanti respō-
si nostri, ut tamen men-

tem

tem nostram plenius assequami
ni, pro constanti commutatore,
sponso habebote: Nos ita erga ve,
ritatem, quae per Dei gratiam
apud nos fulget, affecto et animato
esse, ut eam totis viribus, ad ea,
tremum etiam vita hahitum tueri,
propugnare, eique adhoerere
decretum sit nobis, nisi ea à
vobis, aut aliis quibuscunque
validioribus Scripturarum aric,
tibus convellatur, et expugnetur.
Ridiculum profecto et stultum
esset, cùm nullius flagitii nobis
simus conscii, etsi à vobis falso
insimulamur, nos nondum con,
victos culpam agnoscere, deli,
cium deprecari, hostium gra,
tiam implorare, et in arbitri,
um illorum nos dedere. Si
Christi nomen digne circum,
ferre velitis, de quo satisfar,

ro,

rogantes gloriamini christiano
jure, quod sæpe, sed frustra: po-
stulavimus, nobis cum agere tis:
accusatis et in crimen vocatis coram
judicibus corruptis, et non suspe-
ctis defensioni daretur locus,
sed frustra, hæc querimur.
divinitus enim hæc fieri Daniel
7. nobis præfiguravit, nam
si bestia quarta, quartam ter-
ræ Monarcham, hoc est Imperi-
um Rom: præsignificans San-
ctos Dei conculcat; sic hæc
bestia est affecta, ut nulli le-
gitimæ defensioni det locum,
sed pro sua libidine et tyran-
nide Sanctos Dei conculcat, com-
minuat, mactet, perdat, latro-
cinetur, interficiat, et devoret,
cum sic ultima, quarta be-
stia tyrannis, longe à prio-
ribus tribus bestiis diversa no-

mina

mina comminuens, & pedibus con-
culcans. Legantur omnium pa-
trum et historicorum scripta, & non invenietur tyrannis similis in causâ fidei circa sanctos Dei, quam hujus bestiæ temporibus, & quod horribilius est, judice et pro-
fecti hujus bestiæ, etiamsi sciant se innocentes & sanctos Dei oppri-
mere, tamen a crudelitate et sanguinis effusione ex destinatâ quasi malitiâ, in gratiam be-
stiæ sibi non temperant, neve-
rita in suam ipsorum pernici-
em emergat, & populum adver-
dictam commoveat. Sicut Coan-
gelii ita sub pedibus pressos te-
nent, ita linguas ipsorum pre-
dunt, ita ora obturant, ita
tibiis, tympanisque obtundunt,
ut ipsos in defensionem sui
exsurgere non sinant. Atque
hoc

hoc illud est, quod Prophetа
dixit: residuum pedibus suis con-
culcans. Christus etiam in E-
vangelio Matthei 24. haec
praedixit: erit, inquit, tum af-
flictio magna, qualis non fuit
ab initio mundi, ad hoc usque
tempus, neque fiet. Et eodem
capite: abominatio desola-
tionis stabit in loco sancto.
Quod jam manifestum evadit,
nam sanctum Christi nomen,
cumque sibi arrogant, horren-
dam tamen abominationem
sanctimonia fuco super terram
committunt, quare si nemi-
nem causa nostra rationemve,
vel, si nulla purgatio nostri
permissa fuerit, sed bestiae pe-
dibus conculcata fuerimus, si
id Deo ita placuerit, eadem
ipsa tolerantia sanctorum

Dei

Dei nostras afflictiones consola-
buntur, leniorésque facient, do-
nec lapis illa angularis pedes be-
stiæ aneos conterat, et regnum
atque potestatem magnifi-
centiam regni subter universum
orbem populo sanctorum excel-
sorum dederit. Id verò quod
scribitis, nec viros nec mulieres
neque pueros emittere nos, aliquos
vos cum illis vestro morte afficere.
Respondemus: nos nullos vestros
ipse, neque misuros esse, sed eos,
qui sua sponte à nobis recedere
postulant, abire permittimus
etiamsi sciamus, ipsos nihil bo-
ni præstituros, imo vobiscum
omne malum contra nos exco-
gitaturos et moturos. Cum illis
igitur agite vestro modo quid-
quid animus vester suaserit,
quidquid bestia hæc cujus

præ-

præfidefsit, fuggeserit. Nos
id non arcemus ejs à nobis, qui
familiaritatis conciliandæ gra,
tiâ ad nos veniunt; ita quoque
neminem invitum retinemus,
qui abeundi facultatem efflagi,
taverit, etiam tanquam hostis
à nobis sit captus. Hæc ea abun,
datia respondere cæ mente volui,
mus, ut hac postremâ clausu,
tabili responsione satiati nullam
post hac à nobis exigatis. Non
tam sumus rudes Asiarum impe,
riâ, ut christianos vestros animos
non intelligamus, et quam certa
sit commeatus vestri securitas
et permissa fides. Datum
sub signo civitatis nostræ
post incarnationem Filii
Dei Jesu Christi Domini
nostri 1534. Secundo
Junii

Dum

Dum hæc agunturin
interea die 8 M. Maij
circa octavam vespertinam,
magna fuit retinactorum
Amstelrodamii ad libe,
randum ab obsidione Mona,
steriium colluvies, qui cum,
pala avia cam civitatem
pro asylo & receptaculo fua
cilij habituri erant, sed cum in
eo motu alterum consulem cum
vigilibus ouidispent, ave, prima
formidine depositâ, adversus
hos arma capiunt. Curiam cum
civitate ferro recuperant, ce,
tinctis ouicis 27. capiunt, quo,
rum quosdam gladio periunt,
quosdam suspendio jugulant,
quosdam aquis suffocant, quos,
dam evulso corde vivos lani,
ant. Irritus proinde fuit eorum
conatus.

Cum

Dum hæc plebs lacry-
mis, fame et luctibus miseris
modis se confitit Rex cho-
reis, luxu et cœdibus pro libi-
dine indulget.

Nam Joes Juliacus si-
gnifer, cum à multis accusare-
tur, quòd defectionem clan cu-
lùm moliretur, et verba sedi-
onem spiranlia in vulgus spar-
sisset, ex vinculis causam à
Rege dicere jussus est. Ille
verò in carcere cum Christo
choro Schonhovio signi-
fero qui ipse quod anaba-
ptisticæ impietati esset libidet,
ibidem captus detinebatur,
in defectionem conspiravit.
Quare fortuna se committente,
effracto carcere, urbe quoque
se elabi posse speravit, at Scho-
novius Juliaco capto, eva-
sit

fit, apud quem signum militare
convolutum et in sinu abditum
reperiunt, proinde 11. die May
capite plectitur.

Henricus Rodaxus
qui bis abeundo jaculatorem
à Rege impetraverat, et bis re-
ceptus est in gratiam, nunc tan-
dem clanculum à communi-
tate Christi deficere conatur,
et cum Andrea Adonion
si negotiatus est, à quo sibi
gladium et thoracem emit,
proinde liberum exeundi eo-
rum arbitrum pro Andrea obtinens
in vicinia ab Episcopo se impe-
traturum recipit: quare uter-
que captus et 12. May capi-
tali sententia damnatus est.

Item uxor Henrici
Grasii propter mariti
sui in Regem scelus, neque
exilio

exilii judicio condemnata, neque communicabat retinitorum ejecta
danculum egredi conatur, ideoq;
vestibus, aliisque ornamentis,
quantum potest, se comit.;
Pertruchs. Etiam Magistri
Conradi chyrurgi con-
jux à fide anabaptistica
deficit, marito obstrepit, clabe
dam annonam secum auferens,
divortit, pecuniam et argentum
contra regium edictum apud
se condictum habet, nec in com-
mune; sicut alii: defert varia
Supellectilia in fundo Domini
Dungelii defossa est, reticet,
quare utraque apprehensa, eo-
dem die nempe 12. May in
monte Sionij, hoc est, in campo
dominico, decollatur.
Albertus natione Fri-
sius cùm in animo haberet,

se

se Episcopo portam aliquam
urbis et pecora, in regno pa-
tia, traditurum, et ad eam rem
fetum conficiendam oppidanos
aliquot sollicitaret, abiisdem
prodidit. 8. Junii gladio jugu-
lum incidendum præbuit.

Anna Rodelio Siamu
cum marito semper rebellis esset,
et obstrepebat, eo quod aliam et
juniorem se duxisset uxorem,
reprehensa autem à marito,
adeo furiis agitabatur, ut male
dictis, dirisque ipsum verbis
et correpta sella cranio mariti
minaretur, nisi eam, quam
duxisset, à se abigeret. Hæc
rebellio pœnæ gladio digna
est visa, ideoque capitis sup-
plicium eodem die nempe
8. Junii pertulit.

Nicolaus Snidersy

Nor-

Northanus cum literis suis
ad Episcopum et Satrapam
Strombergicum cum literis, quibus salutem et officium Regibus
suis precatur et offert, ablegat,
sed, praeterea literas ad Stedin-
gium destinatas cuidam con-
fratri suo deferendas credi-
dit. At illum non Stedin-
gio sed Regi eas obtulit, pacto
facto autem proditionis G:
Junii gladio caesus, inde in
tredecim partes dissectus mi-
sere vitam finivit.

Joes Offler corriario
Minister defectionem polli-
citationem meditari voluit,
quam a Rege excundi facul-
tatem petere, quem tamen
cum causae cognitionem in eo
mense permittebat, ideo captus
est et 10. die Junii gladii poena
ad

adjudicatur.

Alexander Russchovu-
censis Reginæ Homero-
dromus defectionem agitans,
aureum annulum sibi à Domina
suâ donatum, solea sinistri pe-
dis pro viatico sufficit, in quo
furto cùm deprehenderetur 11 Id.
Junii ad viridem quercum in
monte Sionis suspensus interiit,

S.ta Elisabeth Asadsheres
à crebrâ maritali consuetu-
dine abhorrens Leineri Har-
devicensi priori sui mariti
more aversata effugit et haud
procul à Clivicis castris extra
urbem, ubi se condiderat, reperta
in urbem reducitur, et marito
reconciliatur. Post dies vero
paucos marito mortuo Augu-
stino Sorrentino cogno-
mento S.ta Coterberiet nu-
bit

bit, quem cum ferre non posset, divortium regiâ authoritate fieri postulat, queren[s] se patri
[j]oenilia ad hoc connubium
compulsam. Quod cum pater
in consilio regio verum esse affir-
māret, divortium approbatur,
objurgatur tamen puella à
patre levitatis, & quod obedien-
tiam marito suo debeat, ne-
quaquam, inquit, illa; virum
enim in hac urbe esse non esti-
mo, qui me domiturus sit. Qua
puellæ protervia cum ad Regem
esset delata, continuo eam in
carcerem conjici jubet. Inde
biduo exacto eam ad se duci
præcipit, & cum puella liberta-
tioris formâ esset, si: inquit
Rex: posthac inobedien-
tiæ & irreverentiæ officio
te continere voles, ego te in ux-

ore

orem duxero, ad quæ Elisa-
beth, si, inquit, Rex illu-
strissimæ eam gratiam
ancilla tua in oculis Regis mei
consequi queat, ut omnium uxo-
rum Regis mei pedes, aut siquid
abjectius, abluat, habebit Rex
meus ancillam suam ad hæc &
quævis alia paratissimam.
Invenit ergo gratiam in oculis
Regis & facta est Esthir, non
pellicula, sed regia conjunx,
et pro eâ ad sex fere menses
habita. Ubi verò Elisabeth
impietatem, luxum, libidi-
nemque Regis, quâ intempe-
rantissimè æstuabat, po-
tuit verò fame pereuntis que-
relam et lacrymas agnosceret,
res sibi displicere cœpit. Dua-
que annulos & reliqua sibi orna-
menta restituit, & more alia-

rum

cum eacundi facultatem supplicater petivit, ad quam Rex jam tandem inquit, tua impostura et fraus, tua lenitas, inobedientia et rebellio patefacit, eam itaque in forum protractam suis manibus et in conspectu totius populi omnium que pellicum 12. Junii gladio ferit, pedibusque cadaver conculcat.

Hac caede immani peracta reliquae pellices hymnum: Gloria in excelsis: cantillant.

Inde Rex cum aulicis suis in foro publico choreas ludicras lascivias ducit et suum sacerdotem impietate decollatae puellae purgat: Scortum: inquit: erat, et ad seditionem semper prona, ideo Pater eam

e

è medio tolli jussit
Hensulius Decius
Praefectus Praetorius
exigua Staturæ miles, ingenio
verò eximio & vaferrimo, qui
ante menses aliquot, desertis
castris, in urbem transfugerat. Statimque à Lege pro-
fecto vigilum designatus, cum
se, suósque plebejos summa
rerum penuria laborare, spem,
que nullam diu exspectatæ
liberationis superesse, sed acerbi-
orem vitæ sortem & nihil nisi
extremam defectionem immi-
nere animadverteret, de elabendi
ratione, cum 8. militibus
Danculum consultat, hi cer-
tissimum sibi excitium brevi
impendere videntes, quod evi-
tare non queant, nisi se ali-
quo casu eripiant, fortunam
ergo

ergo tentandam esse existi-
mant, aleam jaciendam et peri-
culum ancipis in quo spes aliqua
evadendi sit, potius subeundum,
quam spe vitæ prorsus depti-
tui, denuo forte cæptis suis
aspiraturum. Sti itaque area
septum Siti simul urbe elabu-
tur, et dum diversis in locis
septa regni penetrare molian-
tur, septem eorum strepitu
imprudentium concitato, à vi-
gilibus nocturnis excipiuntur,
et mactantur. Henfuby
verò et Conradus Sabbi-
us, multas in circuitu vigi-
lum stationes explorant, fa-
ciliorem etabendi locum per-
quirunt. Quo invento Sobius
prior opus agricolarum, hoc
est, septum regni; quo tota
urbs circumdata erat; tran-
fit

sit, sed cum aggere, fenbibus et
spinis irretitus hæreret, strepi-
tum concitat, quem ab equis,
in vegnos pascentibus, ceris vigi-
les opinantur, ideoque minus
de eo motu solliciti Atenfulus
et Sobbius evadunt non sine
cœlesti numine feliciter, ut ille
cujus consilio et auxilio urbs
capi debebat, in vitâ conserve-
tur, ne tot annorum opes et
labores una dies flammis per-
deret: conflituerant enim oppi-
dani abcumptâ omni annonâ
et spe amissâ, omnibus prosi-
diis destituti, opes urbis in
aliquot aedes congerere, ac ut
be plurimis in locis inflam-
matâ, armatam eruptionem
facere, fortunæque arbitrio
se, sudaque omnia committ-
tere, Hammonam cum ve-
nisse.

nisset, Sobius se se subduxit.
Staulem Stamm oppidum
non ignobile, in terrâ Marcanâ
in confluentia Lupiæ et Isæ situm.
Henselius vero Heinardi Sta-
monio præclarissimi sui tempo-
ris per Germaniam militiæ Duci,
subquo stipendia olim fecerat,
tecta subit, ibique uberat homo
mediocriter facundus, quæ mi-
seria, quæ calamitas sit in urbe
Monast. commemorat, quam
sint inediâ, fame, oppidani
attenuati, deturbati, exhau-
sti, et fracti, quam viribus
destituti, ut difficile non fu-
erit, eaquâ militum manu
totâ urbe potiri, se inediæ et
calamitatis pertæsum ela-
psum esse, ut periculum toti
urbi, omnibus opibus impen-
dens: quæ flamma alioqui
ab-

absumeret: averlat. se, si principe perjurii, flagitiique culpa remittat, si omnis admissi flagitii maculam abluat, si laboris et periculi solatium seu praemium sibi donet: capiendæ urbis rationem et consilium daturum. se victoris exercitus ductorem futurum, se in primâ aciei turum, se primam itineris glaciæ ruptorum: se primis periculis caput suum objecturum: se ad vigilium praefectus fuerit, omnes arcanos meatus novisse: sibi munitionis et urbis viam esse cognitam: se locum impressioni accommodum et mentem et oculis designasse: se cum militibus lætam sine dubio victoriam reportaturum: militum vires esse recentes: ipsos esse impavidos, robustos, armisque exer-

exercitatos. Hostem vero diurnâ inediâ debilitatum: vires illy longâ inediâ esse debilitatas et fractas: Sanguinem pervidum et validum, insanionem frigidam et debilem sordidi victus causa commutatum: ipsum vix membra sine armis, nedum arma movere posse; Simulque consilii sui rationem explicat; maturandum autem esse suadet, ne communis totius urbis flamma, ad quam in extremo periculo oppidani desperantes sine confugituri, hanc impressionem animadverterint, ne horrendum incendium urbem devastet et deleat, ne prædam, quam jam diu avide miles exspectavit, flamma absumat. Harmonius qui consilio consuli in diversa militia

ali-

aliquoties feliciter usus fuerat,
avidam capiendæ urbis cautionē
alibi secum volvit, ubi vero nul-
lam commodiorem excogitari
posse animadvertit, continuo
rem totam per literas Cæsari
significat, tutum commeatum
pro transfugā, quem adhuc a-
pud se retinet, postulat.
Princeps militiæ per-
tæsus, ne devastationem urbis,
quæ per flammam futura sit,
metuere, at consulere non
solum libero commeatu muni-
tum, verum etiam magnifi-
cis promissis illectum, noctur-
nis itineribus per fidissimos
quosque ministros, ne res
prodatur, paucum Storks-
mariam, inde opertum fron-
dibus in curru jacentem, qua-
si ferinæ carnes in co vehan-
tur

tur, Wilkingegam, trans-
ferri jubet. Est autem Wilking-
lega Joannis Steveningii ha-
billatio, quae dimidium miliare
fere abest a urbe. Huc praci-
pua Dioeceseos capita et milites
quicy coëunt, de strategemate
consilio Hensuli altius cum
eo consulturi; et cum utroque ci-
troque rem aliquamdiu volvis-
sent, meliorique mentis parte
pertractassent, Hensuli consi-
lium per Dei gratiam profu-
turum non dubitassent, peri-
culum invadendae urbis se factu-
ros decernunt, indicitur ideam
rem tentandam nox illa,
qua D. Joannis Ba-
ptistae nativitatem ce-
lebrari sertis dire-
rat. Et quanquam Hen-
sulus trecentos adeaque
can-

randam urbem, sibi sufficere existimaret, consilio tamen Ju-
cum quadringenti ex omnibus castris longo armorum usu for-
tissimi et exercitatissimi deli-
guntur, quorum Wilkius
Stedingus praecipuus
ductor designatur, homo ad
in amicos benignus et familia-
ris, ita in hostes ferus et trucu-
lentus. reliqui Duces fuerunt
Egbertus Deverensis,
Hermannus Sittar-
dus, Ludovicus Brux-
rigus et Laurentius
Thorstanus, signum
vero militare Joanni
à Twickel homini mili-
taris ordinis et valde animo-
so militari fide committitur.
Scalae leves et uncatae, si for-
te ea usus postularet, omni-

ag3

áque alia, quæ ad eam rem
necessaria visa sunt, tacite
et citra ullius oppugnationis
suspicionem publicam apposa-
rantur, delecti ad periculum
subeundum se mutuo arman-
et animant, temperque inva-
dendi summis votis expo-
sunt.

At Princeps et Uber-
steinnius, ne sanguina-
rii esse videantur, 22. Junii
per Legatos, oppidanos pro-
monendos esse censent, ut im-
pietatem et rebellionem de-
ponant, quibus jura et tran-
quillitatem Rom: Imperii
satis inverecunde, et profra-
cte violaverint: sive á se per
vim in exilium profligatos,
et bonis omnibus exutos, in pri-
stinas possessiones et dignita-

bij

tis sedes restituant: ac se impe-
rio, Principique ad gratiam et
poenam dedant. Respondet
per Lotmannum Oratorem su-
um satis contumeliose: se civi-
tatem suam non deditoros,
nisi id forte fiat in spiritu.

Ipso die Joannis
Baptistae, quae fuit
24. Junii, post solis oc-
casum ingentem nubium pu-
nicearum, instar magnorum
montium, congeriem Zephirus
paulatim attollit, nec minor
atrarum nubium moles ab
austro consurgit, quae in subli-
mi dissecta et dissipata to-
tius aeli faciem operit et ob-
scurat: aër ventorum procel-
lis fluctuat: continuoque
mugitus et susurros edit: coe-
lestis ignis ruptis et dispo-

sitis

fibis nubibus crebo emicat, & horrendo tonitru largus cum grandine nimbus descendit.

Vigiles autem urbis fragoribus & imbribus veli continui attoniti et perculsi, aëris intemperiem subterfugientes, casulas suas, passim in aggeribus per intervalla exstructas, subeunt, aegra, vigiliaeque defatigati in soporem solvuntur.

Tensilus vero in illâ caligine, quâ oppida, nisi prospectu in campos admittitur, & ventorum murmure, quo armorum, aliarumq; rerum fragor obtruditur, circa horam undecimam noctis, quadringentorum fortissimorum militum globum pro pi-

loco

licio portas Crucis amovet; hi fasces stramentorum et virgultorum, quos secum singuli ex castrorum atlu lerunt, arborum stipites et truncos, scalas, ligna, cespites, viliora cum viminibus plaustra, et quidquid fossis obterebat, in fossas ibi angustas, et aqua paupere, juxta annosam trabem ligneam, dentatamque cratem ad arcendum hostem in superficie aquarum transversim sustinentem præcipitant: hujus pontis raptim facti præsidio rupta crate prima fossam superant. Inde erat præruptum et instar moenis propugnaculum, per stipites baptistas e terra in porta tatelam aggestum, in cujus

fere

pere culmine præacuti stipites
a se invicem modico intervallo
per ordinem ita positi sunt, ut
hostem ascendentem repriment
vel saltem remorentur, hoc autem
esset acclive aliquo tramite
scandunt; sed cum præacutas
sudes in propugnaculo eastan-
tes devenerunt esset, Hensu-
cus unam ex eis notatam
ita loco removit, ut ascendentes
sine magna molestia, in sum-
mum propugnaculi cacumen
penetrarent. Ibi vigiles conso-
pitos mactant, et ne quem-
quam a tergo hostem relin-
quant, per ipsum aggerem vi-
gilum casas scrutantur, reper-
tosque confodiunt, omnes sta-
tionarios quoque milites pas-
sim per valla in stipitibus
et truncis hærentes, ac pro-

sum-

fundo somno sepultos ferro con-
fodiunt, praeter unum Bern-
hardum Schultetium
pellionem, qui vitâ donatus,
cum Symbolum istius
noctis proderet, exercitum
vitorem fecutus. Erat
autem Symbolum: Ter-
ra. Inde ex propugna-
culo in viam planam, saxis
constratam et muris indique
septam, quae est inter portam,
quoque iter est in urbem, de-
scendunt, ibique vigilias cau-
tâ allocatos et somno sepultos
ad unum omnes jugulant,
mox Henfelius tradito funi-
culo porticulam, per quam
vigiles statis vicibus in agge-
re commeare solebant, pandit,
urbem jam introgressi per
vicum Crucis primum ad
ae-

cœmiterium templi Transfluviani, hinc per angustum ponticulum, trans Alpham factum, in campum Domicium nullo accurante hoste deveniunt. Ibi devereno cum militibus quibusdam bombardarum anabaptistarum custodia, quæ ad jaculandum bene instructa in æde majori asservabantur, committitur, ut retinctis eorum usus præripiatur, inde se in densam aciem componunt; tympana ad arma pulsant: signa ad volatum explicant: retinctosque alacriter oppetiuntur. Ingens continuo excoritur clamor: hostem in media urbe versari: tormenta tenere: cædibus et rapinis pro libidine grassari

sari. e stratis itaque excibi,
alii raptim, ut tempus ferebat,
arma corripiunt: alii inermes
ex ædibus passim prorumpunt, et pau-
latim hostibus armatis occurre-
re sternuntur: alii dum ad tem-
plum summum eduendorum
tormentorum gratiâ catervatim
accurrunt, in custodes impru-
denter incidunt, et præter spem
mactantur; cum vero tormen-
ta sibi præcepta ex ædibus
verterent, ad solum armati
confluunt, sacellumque vici-
num ibi, sancto Michaëli
consecratum occupant, et ra-
ptim muniunt, unde jaculis
continuis hostes in campo Do-
minico in acie consistentes
eminus lacessunt. At illi ma-
joribus tormentis e templo ad-
ductis, retinentque inde detur-

bare

bare contendunt, sed frustra. omnes enim ictus antiqua et firma illa murorum compages facile respuit; mox retincti totâ belli mole c̃ foro, ubi se armaverant, ruentes hostem vin, vadunt, et in angi portum a D. Margaretha sacro cognomi, natum cedere compellunt. quod cũm esset pervium et retineri ce, dendo, pungendo, jaculandoque instarent, nostrosque in angi, porti angustia ita cogerent, ut vix arma et lacertos mo, vendi facultas esset, suspirat, et quasi omnium spe destitu, ti tacitè ingemiscunt. sed consilio Stedingii porta sibi cujusdam canonici ape, ritur, qua: dum reliqui com, militones ibi relicti hostium impetum fortiter sustinent:

Ducenti propemodum per posticas in aliam plateam templum Agi-
Dianum versus contendunt, inde
per vicinum vicinum labvantibus
commilitonibus, quasi novâ acie
subito occurrunt; reliqui verò
novas hostium vires se existiman-
tes, contremiscunt, nihil dubitantes:
totam urbem ab hoste teneri;
nostri autem mutuis acclama-
tionibus sibi animos faciunt,
conterritis insultant, cedentibus
instant, fugientes persequuntur,
plurimosque sternunt. Inter-
ea portaca, qua hostis in urbe
venerat, arctissimè concludi-
tur.

Dum in utrumque acriter pu-
gnant, reliquorum castrorum
plerique milites, de commilito-
num salute solliciti foris urbe
ambiunt, si quid forte modus

ex-

exaudiatur. Nolite ex
aggeribus propugnaculis noctur-
na et incerta missilia in equi-
tes, peditesque vagantes spar-
gunt, hisque verbis illudunt:
Vestros inquiunt duces et milites
a Praefectos fatis imprudenter
ad nos ~~em~~missos, prudenter
jam interfecimus. Praecipuum
militiae vestrae robur et flos pe-
rit. Ah quam insignem re-
portastis victoriam; quam
ampla retulistis spolia: sic
evenire solet, qui se Deo oppo-
nunt: qui sibi omnia arro-
gantes Nostris sui vires con-
temnunt et aspernantur.
nunc dicite nostrae me et
dia fractos, viribusque ex-
haustos, futures nobis ma-
et ando et conficiendos mitti-
te, sentietis neque animos,

ne-

neque vires nobis deesse.
Nobis de salute communi bonorum suorum anxiis sanceps his dubiisque hominei vehementer consternatur, neque jam dubitat, omnes cum Hensulo in urbem missos esse exstinctos.
Interea nostri e campo hominis retrorsus fugientes ad forum usque persequuntur, viamque totam cadaveribus et sanguine sternunt.
Verum in foro ex munitionibus tumultuario labore ex vastis scammis, lapidibus, lignis, tabulis, trabibus, sudibus, aliisque rebus erectis ita in nostros tonant, ut inde repellerentur. Erant enim omnes continuo armorum labore defatigati, lætin-

cti

di vero subinde, novis viribus ~~refolli~~ refocillati nostros rede-
unles sequuntur, neque tamen
nostri, etsi dilassati, spem vi-
toriæ abjiciunt, sed ut fugæ
turpitudinem virtute deleren-
animos resumunt, iterúmque
sibi viam ferro faciunt.

Interea Rex inter spē
metúmque hærens circa
horam tertiam noctis lega-
tionem intercipiendæ pugnæ
gratiâ ad utrumque exera-
tum mittit, colloquiúmque
postulat. Cum autem nostri
continuo armorum exercitio
et totius noctis labore, tetin-
di vero diuturnâ fame es-
diâ exhausti essent, utrisque
colloquium et armorum quie-
ut respirare paululum detur
fuit gratissima. In eo col-
lo-

loquio Legati postulant, ut
miles positis armis sese dedat,
Regem enim sanguinarium
non fore, neque in supplicio se
victurum, sed omnes in gratiam
acceptorum, milites sed factu
eos negant, sed si se neque ar-
mis exutos neque signis suis
militaribus spoliatos, cum
bona pace egredi patiantur,
se urbe egressuros. Ad quæ
Legati: ut positis armis, tra-
ditisque Regi militaribus
signis inermes urbe excedant.
milites se salva militari fi-
de et jurejurando, quo im-
perio et Principi sint obstri-
cti, illud admittere non de-
bere, respondent, unde perpe-
tuam sibi ignominiam et
æternum dedecus compa-
rent, mortem gloriosam op-

petere

pelere, quàm hac in lamia
labe se suámque posteritate
contaminare malle.

Inter haec armorum
quietem et induciae Goacm
3t wicket Signiferum
convoluto signo draconem,
oppidani non sentientibus,
cum tribus armatis satelli-
tibus ad vallum ablegant.
Qui cùm signum in crepu-
sculo matutino, advolatum
explicuisset, auxiliumque
suorum clarâ voce invocâsset,
continuo milites ad novam
hanc vocem accurrunt. Et
cùm anabaptisticam fraudem
subesse suspicarentur, ne ex
ipsis ad se militibus missis
plures ostenso signo in idem
~~periculum~~ periculum et dispen-
dium fraudulenter allicianti,
ac

accuratius propius accedentes veritatem ei scindantur. Ille vero se Joannem à Leuvicz Signiferum et omnia adhuc salva esse commemorat, sed milites vehementer esse defatigatum; et nisi in hac rerum angustia sibi laborantibus occurrant, actum esse de salute omnium, simulque Symbolum, quod erat Nasalech! edi, tâ voce pronunciat.

Hæc ubi dixisset: se in suorum aciem recipit, et succurrium certum sibi effuturum proclamat.

Hac voce retineti percul, si sibi metuunt. Nostri vero animos sumentes certâ victoriæ fiducia prelium acerrime redintegrant, et novis qua, si viribus restituti, spe prædi,

xilii confirmati audaciu in
retinitos irruunt. Stedingus
interim, reliquique Duces no-
minatim nostros cohortantur,
ut pristinæ virtutis et futuræ
gloriæ memores lumina aperi-
ant, palmas compriment, al-
bum hostium oculorum peri-
ant, sequæ à deditionis et ca-
ptivitatis turpitudine vin-
dicent, sibique invicem miserima
dabes. Retinacli in an-
gustum adducti plus quam
ferinum esse exclamant: ita
mutuis vulneribus confodere;
ita sanguinem Christianu
et cognatum effundere: tanta
in alterius necem rabie sine
discrimine irruere, tanta im-
manitate et tyrannide, sopu-
lum Dei irruere: ita sævire,
ut Christianorum cruore, u-

trim-

trimque arma rubescant, Alie-
gantur. Sic lupos in ovile admis-
sos, in oves grassari. Sic Ethnicos,
sic Turcas, sic Scytas, sic Getas,
alios que Barbaros populos,
quos nulla religio et clementia
tangit, christianis insultare
solere: hanc barbariem Patri
celesti displicere, Evangelicis
que literis adversari. Pro armis
itaque verbum Dei, pro bello
quietem, pro cædibus amabi-
lem concordiam, pro cadmea
victoria pacem eligant, et
foederi suo initiati iisdem
legibus eadem ratione et pietate
imbuti, Patri celesti secum
simul tranquille inserviant.
Si vero ad id adduci non possent,
urbe relictis armis, Signisque
militaribus, simul prius rece-
pissent, excesserint, et ad suos re-
ver-

vertantur, sequè suæ libertati, suisque moribus relinquant, neque populum Dei in sua religione in hac sancta civitate conturbent. Alii in ipso conflictu Patrem suum, vel jam surdum, vel dormientem, vel alium negotiosum occupatum supplices implorant, victoriamque contra impias, Deumque ignorantem gentem ab eo postulent. At Paterillo, cum a similes surdas habentes aures, nihil his commoventur; nam ille hos non exaudit. Alii vero viam per anabaptisticam phalangem ferro aperiunt, atque ita in campo dominico retinto passim mactant, transfigit, jugulat, periant, ut tota illa planities, cadaveribus strata sanguine humano, sanie permista inundaret.

Rot.

Rotmannus despe-
rabundus militari habitu
è templorum ornamentis holo-
serici facto in confertissimam
hostium aciem ~~ipsa porta~~ sese conjiciens
ne captus acerbiori supplicio
reservetur, letali vulnere acce-
pto corruit, vitalemque spiri-
tum multo cum sanguine evo-
muit.

Leo quoque ipse his
vocibus perculsus per posticum
aulæ suæ ad portam Egidia-
nam sese subduci clanculum
vel quo hunc locum munitio-
simum esse rebus sic, vel hinc
commodissime, data occasione,
hostium manus elabi, effu-
gere possit. Sed per pue-
rum proditus, in supremo
hujus portæ tabulato, captus
in vincula protrahitur.

Interea

Interea Matthias Bil-
lerbeckius et Antonius
Lichtherterius audito
symbolo, et voce significeri, omi-
um castrorum vires elato da-
more et tympanorum sonitu
ad quasliber urbis munitiones
defensoribus jam nudatas cer-
tatim invadendum excitant.
Sari itaque tumultu, et equo
velocis equi, et pedes fossas, ag-
geres, propugnacula, castella,
crates, murosque superant.
Quædam etiam portæ vi ex-
duuntur, rumpuntur, pan-
duntur, aut quacunque arte
fieri potest, aperiuntur, atque
ita fortuna, imò Deo auspice
urbem ingressi, tecta, hostes
invadunt, nostrósque labori-
bus et cædibus liberant, et se
in hostium aciem conver-
tunt,

tunt, ibique horrendâ laniè-
na exercetur.

Dum hæc aguntur Jos
Roscelius Marcanus,
olim schola paulinæ Silmano
Rectore Clavigerq; et postreu-
peralam urbem in summâ æde
Campanarius, vir pauery, u-
bustus & valde animosus, cùm
paululum post superiores la-
bores excanthlatos interspirâs-
set, in regiam solus irruit, ne-
minémque ibi præter puerum
ægrotantem reperit, quem
armis, minisque ad regia or-
namenta commonstrandum
adegit. Puer cùm esset pa-
ctus ab hoste vitam, ipse sum
ad gazophilacium deducit.
ibi miles coronam
meliorem dextro pede
compescam, calcariá-
que

que aurea Hedingo do-
nanda et aliquot catenas
annulósque sub thalibeo tho-
race abdit, invt eum majori
animo in pugnam rediret, den-
tatâ dave ab hoste tactus in
genua subsidit, sed commilitonũ
suorum armis paululum pro-
tectus animum, iterúmque prælia
resumit ipsúmque hostis lævi
lateris validâ bipenne con-
fodit.

Ubi vero oppidani ho-
stium numerum et aciem au-
geri, spem autem assidui da-
dibus minui animadvertunt,
diffugiunt omnes, latebrásque
sibi quisque quærit.

At duces tertii propemodum
munitione in foro excitata ca-
ptum occupant, quos miles inter
fugiendum insecutus ferro pro-

fremum fugiendum agmen à
tergo carpit. Sed cum munitio,
nes subiissent, ita ex illis tonât,
ita fremunt, ita tormenta ja,
ciunt, ut nullum militem in
foro consistere paterentur, neque
ullum in conspectum suum
impune venire admitterent.
Post diuturnam obsidionem,
multiplicésque oppugnatione,
et dare urbe jam captâ, novâ
obsidione, noviisque impressio,
nibus et dadibus ad conficien,
dos et debellandos hostes, o,
pus esse militiæ juvenes ani,
madverunt, proinde quid
facto opus sit, consultant,
et cum alii oppugnandos esse
suaderent, neque committen,
dum, ut victi victoribus aequi,
parentur, ut exstinctâ immo,
merabili retinctorum mul,

titu,

silubine, exigua illa manus, et quasi superioris belli reliquiæ, tanty ducibus et militibus illis, dant, victos non insultare victoribus solere, victoriam non esse perfectam et absolutam, quæ hostium protervitam non contundit et reprimit, proinde totam illam gentem gladio exstinguendam esse, ne ulla reliquiæ anabaptisticæ impietatis superstes, perfidos. alii vero consulunt, in gratiam ipsos esse recipiendos, et ita, si arpiant, donandos, undique enim ipsos munitionibus esse conclusos: difficilem et periculosum esse aditum, cum tormentorum et bombardarum copia inibi abundent, non posse facile illis hanc munitionem eripi, si autem vi agantur omnia, multo

to militum sanguine Adaue
hanc victoriam sibi constatu-
rum, et si ullam belli gloriam
sint consecuti, eam hac strage,
et sine dubio contaminaturos.
Satius itaque esse parvam
gloriam paucorum hostium
salute inviolatam retinere,
quam multorum militum
sanguine turpiter amittere.
Hac ~~sententia~~ sententia majori
consultantium numero placu-
it. Jonantur ergo vita Apo-
stoli, arma urbe protinus pro-
cunctibus quibusdam militia
ducibus exire jubentur. Cum
vero liberum exeundi commea-
tum impetrâssent, multi eorum
domos suas necessariorum for-
te aliquid inde secum allatu-
ri se se subducunt, atque ita
ab aliis ad exeundum paratis,

spon-

2510.

Sponte sua divellantur, ubi cum longiorem moram fecisset, jam tuto egressuros eodem or, to commeatu confisi, sine ju, diby subsequi contendunt, qui a militibus excepti ma, ctantur, lustraque omnea, tum sibi dalum imploran!

circa horam sextã diei. 25. Junii Paulus Ledebur naturalis Henrici Ledebur filius celerrimo Wolfbecã equo vectus, Principi ca, ptam esse urbem primus nunciat.

Quam victoriam ipse mul, tis Principibus de civitati, bus per literas continuo significat.

Milesinde omnes domo et angulo urbis accuratis, sine

sime Scultetus et anabapti-
stas reperias producit, produ-
ctosque gladiis confici, ita
Bernhardus Swerthe-
rius, ita magnus Schütz
et permulti alii in vivo calce-
brio adium produci, strictis
mucronibus conciduntur, Joes
Schermannus Varen-
dorpensis homo proceruus et canus,
qui a Buchelâ in Superiori
Republ: inter Seniores Israe-
liticos numerabatur, in aulâ
cujusdam canonici Summo
odio deprehensus militibus ad
se cædis causâ irruentibus, se
canonicum ejusdem templi esse
persuadere conatur, et ægre-
dine impeditum urbis obsidi-
onem effugere non potuisse,
facile id quidem ob veneran-
dam canitiem et morum gra-
vi-

vitalem militibus persuasisset, nisi à quibusdam proditus fuisset.

Theodoricus Schloscha, miles sumpto agricolæ habitu effugere molitur, at à Sortemollio agnitus bipenne dissectus corruit.

Hermannus Tilbeckius prope cœnobium Agidianum confossus inter sordes jacuit, tandem in aquagium vicinum projectus et arenâ opertus via asini sepulturam habuit.

Joannes Broëntrup, pius Lanio inter retinendos non infimus, frustra supplices manus extendens, jugulatus numellarium mactatur.

Gerardus Kibbenbroc, thus in foro ante fores suas tra-

trajectus supremum efflat spiritum.

Cantrus vero faber ahenarius è regione curiæ aperto mucrone latere corruit.

Alii è curiâ præcipitantur in forum, et in militum ibi stantium hastas insiliunt.

Telerinus homo staturâ oblongus, monoculus et insignis jaculator alâ pelle et galeâ munitus, à militibus undique hastis, gladiis, bipennibus impellitur, pungitur, cæditur, pulsatur, ita ut sæpe in genua corruat, sed muri præsidio tanquam fulcro innixus resurgit, vix tandem creberrimis ictibus fessa angustum ponticulum sternitur, et in Alpham detruditur, ubi aquis profluens

cru-

cruore suo tingit / et arenâ ob-
ruit animam evomit.
Speculatores 4. in tur-
ri Lambertinâ auriter sese
adversùs ascendentium impe-
tum tuentur. sed tres eorum tran-
fossi concidunt, quartus
verò è summo fastigio vivus
præcipitatur qui, cùm solum
tetigisset, ita dissiluit, ut
omnibus corporis nervis
dissolutis intestina cum san-
guine effluerent.
A hujusmodi cruenta spec-
tacula quotidie ad octo fere
dies in eo, quos aut mitis, aut
fames è latebris prodire coë-
git, exhibentur. Et cùm o-
mnes Reinchi pallerent,
omnes pallentes anabaptis-
tas esse existimabant, ideo
mille disperegrinis & ignotis

pallor

pallor exilio fuit.

Dnus Bernhardus Krechtingius è coenobio Aquiano captivus protrahitur, et cùm continuo more malles, acerbiori tamen pœna reservatus est.

Gerlacus quoque à Ville et Christianus Kereke, vinagius capti abducuntur ad arcem Principij, quorum ille circa festum Galli in octobri abjurans anabaptismum in gratiam à Principe receptus, vitâ donatur, hic verò inter Pulmania et Sevenaer coenobium Carthusianorum è curru quo dum Knijperdollingo vehitur, per carnificem raptus decollatur.

Hinc cadavera occisorum

rum vestibus dispoliata ab agricolis sepultura causâ ac cibi ampliùs terræ hiatibus in campo Dominico effossis conumelantur.

Quòm autem Knipperdol linqus neque inter captivos, neque inter cadavera depre hendereturneque in conspe ctum cujusdam prodiisset, ne usquam gentium arctis simarum omnium viarum custodiam propediu effu gere potuisset, ipsum de lo tiuy fere motu causam ma gno studio et diligentiâ in quirendum esse censent.

Ille verò captâ urbe re busque jam perditis et despe ratis certâ clabendi spe pretuy primùm sese in ædes Catharinæ [illegible] ad por

portam Neapolitanam commorandis clanculum subduxit, ubi per noctem istam et diem subsequentem, quæ fuit 26. Junii in supremâ domûs parte clabendi occasionem exspectans delitescit. Dum intollerabili sitî se premi querebatur, aquam puram sibi dari postulavit, quem cum bibisset, regio more præferebat, suam sortem intermorandam deplorans. At mulier illa Knipperdöllingum per milites investigari intelligens trepidare cœpit, ne novus ille hospes, quem occultâsset, sibi exitio fuit. Proinde ne in suis ædibus deprehendatur, imminentem vespertinâ in deserta sibi vicina ædes ipsum secede-

re

re jussit, in quibus se pro ar-
bitrio absconderet. Cum vero
multa passim loca in urbe per-
scrutati fuissent, neque Knip-
perdöllingum invenissent, die se-
quenti mussitatum est, ipsum
apud portam Neopontanam
postremo visum fuisse. Quare
eo aliquot cohortes ad ipsum in-
vestigandum mittuntur.
Interea anabaptistarum foe-
minarum fit concursus, cum
per praeconem urbe excedere
juberentur. Ad quas Uber-
steinius eam, quae Knipper-
döllingum non straret, se vita
et civitate donaturum, bona-
que ejus a publicatione et fi-
scatione tuta conservaturum.
Ad quae Catharina Tob-
bes, si, inquit, promis-
sa firma sibi futura, intelli-
gat

gal se Ubersteinium voli com-
potem futuram. Itinc data
sibi fide latibulum Knipper-
dollingi commonstrat, unde vin-
cty protrahitur. Haribus autle
hujus mulierculæ jam pregna-
tis à militibus ad exemplerium
Lambertinum rapty decolla-
tur. Fœmine, ero et boni
eo fide pareitur. Capto Knip-
perdollingo quinqua ginta pro-
pemodum milites in curiam
graphiariam, ubi totius fere
urbis opes recondita erant,
irruunt, atque auro, argento
que tam signato, quam non
signato vestes suas fatiscentes
parciunt et opplent. Sed in hoc
furto deprehensi 7 eorum
in campo Dominico decolla-
tur, reliqui exculis omnibus
præter indusia, vestibus per

vios

1730.

vivo longo ordine funibus relâ-
gati ad portam ruinæ protra-
huntur, eaque ignominiâ
affecti urbe profligantur, vesti-
tamen ligno ad portam vectæ
illi restituuntur.

Inde Stockholmus
28. Junii cum ori-
gentis armatis Principi
ad urbem capitalem Wottbe,
cæ venienti gratulabundus
obviam processit, offerens
illi honorarii et manubia,
rum loco, regiam coro-
nam, gladium, cal-
caria aurea, et claves
urbis.

Princeps restitutâ sibi
urbe, vix triduum propter
pestem ex inediâ et fœtore
passim scintillantem in
eâ hæret. sed cum partem
pra-

prædæ ex parte sibi debitam
accepisset, constitutis Vicarijs,
qui se absente salutem urbis
haberent, Iburgum [illegible]
nor: [illegible] abiecit.

Milites pueros utriusq;
que sexus liberalioris formæ,
occisis parentibus, tanquam
mancipia viris, matronis q;
dignitate præfulgentibus
donant.

Quintâ die Julii
cùm superiori edicto satisfecissent,
ne non paruissent, Rursum
per præconem propositâ
contemptricibus mortis pœ-
nâ, ad præposituram sum-
mè ibi convocantur, quo
cùm venissent una cum pu-
eris ab armatis per portam
Marianam exiguntur,
Urbe, Diœcesiq;e interdi-

cunt

2382.

Septimâ Julii Sua-
ra præcipua Regina,
uxor Knipperdöllin-
gi à Brandeschenia
soceri illius Walteri ssa
cum filiâ suâ in Ana-
baptismum furente, debel-
lantur.

Eberhardus Reinu-
Snider ub in summo ful-
mine domûs Jacobi Ste-
venii interdiu semper deli-
tuit, nocturno vero tempore
mili[illegible]: qui ædes eas tunc
occupabant: / dormientibus
inediâ et sitis adactus dan-
culum prosepsit, & se mili-
tum cibo fatiavit. At cū
medium vorando non tene-
ret, ex diminutione cibo-
rum anabaptistam se-
cum tabitare suspicantur,

quem

quem cum aurate Adilis genter inquirerent, inveniunt inventum 8. Julii in campum Dominicum cum Catharina Sotbarde et Casparo Filio ejus protrahunt, ibi precisis capitibus trans gressionis pœnas dant.

Sed quis omnes Sinagogarum dierum cædes enumerare queat. Urbs inde tota dirripitur, omniaque bona mobilia, sine discrimine in prædam vertuntur. Præda præfecti constituuntur, qui non solum Clero et civibus ab exilio reversis, verum etiam quibus tam exteranei spolia dividunt, et pretium in commune conferunt. Quædam

bo-

bona ita distrahuntur, ut
nulla fere sit regio Germaniæ
in qua præda non sit illata,
multi etiam cives post diutur-
num exilium reversi sua bo-
na, spolium jam factum,
non minoris, quam alienare-
dimunt, bonorum vero immo-
bilium possessionem gratui-
to recuperent. At lectin-
ctorum res immobiles in com-
munem patriæ utilitatem,
impensarum factarum lève-
men confiscantur, adqua-
rum venditionem ex
quatuor Dioecesis ordi-
nibus viri graves
deputantur.

Fridericus à Trivst
præfectus prætorio, et
Everhardus Mörin-
gus

gus Satrapa Vastenouwe,
sis.
à Capitulo.
Rotgerus Brunsing Scho,
laster,
Georgius ab Hartzfeld
Bursarius.
à Militari ordine
Gerhardus Horrier
Hyppparchus Diœcesis,
Joes à Hervelt.
à Civitatibus
Diœcesis
Wilbrandus ab Horries
Consul Monast:
Johannes à Draeck
Consul Osnabrugensis.
Ne agnus in urbe capta
motus inter præda præfectos
et gregarios milites exoritur.
Cum enim hi illorum fidem
suspectam haberent, et in
præ,

prædâ divenditâ, malè illos versatos esse suspicarentur, ca-
ptos in vincula conjiciunt, et
ad extorquendum rei veritatem
tormentis subjiciunt, ipsósque
interficere, et totam urbem viterum
dirigere constituunt, quanquã
cives sua jam bona numeratâ
pecuniâ redemerint.

Princeps his rebus cogni-
tis, militum furorem per lite-
ras coërcet, præfectóque pro-
de excusat: ipsos nempe suã
partem, ex pacto sibi debitam,
exsolvisse: similiumenim
prædæ, tormenta, aut vesin Curiâ
repertas paulus erat Princeps: /
de reliquis verò pecuniis, ex
prædâ distractâ collectis,
exactam rationem per re-
ceptorum tabulas militibus
reddituros. Quare eam se

fi-

fiduciam habere generosos & veros milites, quibus stipendiũ pro ipsorum aliter solverit, suam civitatem, sibi jam traditam, cujus etiam dares sibi, eam ingressuro ultrò obtulerint, non ulteriùs devastaturos, neque spoliaturos, maximè cùm tam Ecclesiastici, cùs quàm prophanus suppel lectilia sua Aræ domesticæ à proda Beneficij redemerint, atque pecunia numerata exsolverint. Ut hæc, etiamsi in toto exercitu viginti aut triginta scelerosi simpli, qui neque juris jurandi, neque æquitatis rationem habeant, deprehendant, se tamen confidere reliquos generosos milites suum amentum suum, honestatem, & debitam militarem inviolatè conservaturos.

Hij

His scriptis seditiosorum animi flaccescunt, ut totus ille motus subito resederit.

Princeps ad 13. diē Julii per totam diœcesim publicas supplicationes indixit, ut pro insigni victoriâ grates Deo solverentur.

Primarium quoque Clerus in gratiarum actionem perpetuam de clara et inopinatæ victoriæ memoriam singulis annis eum diem qui Natalem Sancti Joannis Baptistæ proximæ subsequitur, singulari quodam solemnitate et pietate celebrandum instituit. Tum enim Clerus et Senatus urbis ad templum summum coëunt, ibique eximiâ lustratione longo ordine prius facto ad Sacramento Altari prægesto

ja-

saurum de Trinitate peragitur, & hymni varii in laudem Dei decantur. Funduntur etiam preces ad Deum pro eis, qui contra hæc hominum monstra & anabaptistica portenta fortiter pugnantes occubuerunt.

Die 15. Julii habitus est Novesii conventus, ad quem Archiepiscopus Colonienſis, Juliacenſis, & Episcopus Monſ. de futurâ Leip. & politicâ formâ consulturi conveniunt & ne simili in commodo & seditio, ne Imperium Rom. imposterum afficiatur & conturbetur.

Eodem quoque die Comitia Imperii Formatiora, bida sunt, in quibus de Anabaptiſtis in universum extirpandis agitur. Et Principes noſter per Legatos impensas belli

ana,

anabaptistici sibi secundi pecuniam nondum esse solutam queritur. Cum vero pauci ordines adessent, in precipuis dicium absentium nihil certi de cernere audebant. Indictus est igitur alius Principum et Ordinum Imperii conventus ad primum diem Novembris, in quo de belli Non. sumptibus, atque forma in eâ Republ. sit constituenda, decerneretur. De hoc conventu suo loco.

Rex, Krippendorffius, Iacus, D. Bernhardus Frechtius ac Christianus Herckeringus compedibus, manicisque constricti, in diversis curribus ne colloquium inter se miscent, ad arcem Vulmanicam 24. Iulii advehuntur.

Sed

Sed in itinere soluy Kereske-
ringus, è curru exemptus,
in loco ibi herbido & amoeno,
capite plectitur, terráque
obruitur. Reliqui autem, quos
graviy supplicium manet,
carceribus Vilmanica arcis
includuntur.

Godefridus à Schede,
Lichen et Wilkius
Stedingus, quibus Prin-
ceps vicem suam in urbe dema-
daverat, per literas Prin-
cipi significant: muliere
obsidionis tempore in summis
angustiâ urbe elapsas, Avitâ
donatas, quotidie catervatim
nunc redire.

Princeps 13. Augu.
ad has literas de 2.
Augusti respondet:
ne quemquam civitate do-

rent.

nent, ne se jurejurando sibi obstrin-
gat. Quare plerique militibus
jam ex auctoratis, cives quoque
ab exilio ad patriam sedem reversi,
extra portam urbis Storbanā
evocantur, et ab illis jusjuran-
dum novum exigitur. Illi vero
se veteri juramento in inaugura-
tione praestito Principi obli-
gatos esse, et ita eodem se teneri
respondent, ut novo non sit opus.
Ad quæ Consiliarii Principis
ipsos superius sacramentum vio-
lasse, quo custodiam urbis No-
vast: in utilitatem Principis,
et totius patriæ receperint, seq;
eam ita deseruerint, ut ab Ana-
baptistis et peregrinarum gen-
tium hominibus infimis non
solùm in Principis et totius
Dioecesis, verùm etiam Rom:

imperii dispendium et perni-
ciem occuparetur; Principem
itaque ab integro jusjurandum
poscere, et si qui id prestare non
velint, à reliquo civium numero
secedere jubentur. Istos enim
conclusis portis in urbem non esse
admittendos, decretum fuit, illud
cum cives animadverterent, neces-
sitati parent.

Princeps tempore
obsidionis suggestione quo-
rundam excitatus omnia cæno-
bii transfluviani bona esse con-
fiscanda, et suæ mensæ usui ap-
plicanda cogitat; cum pleraque
virgines à baptismo se se con-
tinuin à sese essent, et in urbe man-
sissent, præter Iam à Ver-
vel Archivestalem, Ludge-
ram de Tirtelaa et Sophi-
am de Largen, quæ tem-

pore

pore obsidionis in villâ suâ Hoff,
husiâ esculabant, quem nume,
rum virginum sibi obstare non
posse existimat. Cum verò 7.
May 1535. Ida de Nervelt
in exilio ultimum diem clau,
sisset, jam se jure effecturum
putat, quod mente aliquamdiu
secum agitaverat; ideóque
cum superstite virgine de nove
Archiepiscopatum novam libera
electione designare cogita,
rent, Principis voluit. Quare
28. Augusti Anni 1535.
reliqui Dioecesis ordinibus
supplicant, ut Principem
à Sententiâ et instituto suo
flectere dignetur, ne sibi in,
nocuis et immerentibus jus suum
adimat, dorentque simul, quan,
ti militaris ordinis et egeno,
rum civitatis interfit, Nona,

ste,

sterium illud conservari. Pū-
ceps à Superiori suâ sententiâ
per ordinum intercessionem ad
ductus mentem suam mutat.
Eligitur ergo Embgardis, Vcbē
strirct in Archivestalem,
atque hujus electionis Pūn-
ceps author fuit.

Cùm ad primum di-
em Novembris Impe-
rii Ordines Comitiorū
habendorum gratiâ
Wormatiam convenisset,
Ferdinandi Re-
gis Legatus causâ sin-
dicti conventûs commorat.
Aut praeter alia Sceum delibe-
rant, quomodo civitas Mons.
nuper capta à Anabaptistis
erepta, posthac in veteri reli-
gione contineatur. Idem C.
pisopi nostri Legatus decla-
rat

rat, quantoille toto tempore belli
sumptus fecerit, quam magnum
æs alienum conflaverit, quod ca-
pta urbe duo in eâ castella no-
vi motûs & periculi reprimendi
causa sint construenda, eâque
præsidijs firmanda, quarum
rerum omnium rationem ha-
beri petebat. ad quæ re-
sponsum est: Quis copiis
majorem partem prædæ, tor-
mentáque omnia Arelatensi-
um civium bona: quæ tamen
omnia ad Imperium pertine-
ant: / ad se solum transtulisse,
æquum igitur esse, ut æstima-
tione factâ cum impensis hæc
conferantur, quod amplius
desideratum fuerit, ejus quoque
rationem habendam esse.
Dimidium tamen tormento-
rum & immobilium anaba-
ptis-

plissarum bonorum in urbe
capitorum, Imperium sibi ven-
dicaturum.

Postea decernitur.

Primum ut Episcopus
et Civitas Monast: pro more an-
tiquitus recepto Imperio sub.
sint.

Deinde cum per Dei gratiã
Civitas Mons. communibus Im-
perii sumptibus sit recuperata,
eadem confirmatio, Successori-
busque Episcopis et Diœcesi
cum omnibus privilegiis, im-
munitatibus et dominiis non
aliter, quam Superiores Epi-
scopi antiquitus ipse con-
firmatus ante anabaptisticum
motum usurpavit, remanebit,
neque Ipse, neque Successores
illius hanc urbem ab Imperii
venditione oppignoratione

vel

vel quovis alio titulo alienabit.
Et cum Christiana religio non minimum sit bene Reipub. constituta fundamentum, ordines Imperii consulunt, confirmatum, reliquósque Diœcesis status eam religionem, quæ Imperii recessibus non adversetur, in hac quoque urbe restauratos.

Illud etiam decernitur, jus Patronatus esse, ut tam Cleri secundarius, quàm primarius, aliique Nobiles, ædes suas, fundos, templa, pensiones, proventus, privilegia, et jura omnia, quæ vel in vel extra urbem habuerint, sine ullo incommodo recipiant.

Similiter cives omnes utriusque Sexus, qui motu anabaptisticum effugientes, urbe

urbe excesserunt, spontaneum, que exilium eligere maluerunt, quàm se schismate illo contaminare in pristinam ædium suarum, reddituum, pensionum, aut quorumlibet bonorum immobilium, quæ vel in- vel extra urbem relinquerunt, possessionem restituerentur, etiam si litera signata excussa, amissa, vel alio modo alienata fuerint.

Si horum quidam anabaptismo non addicti in exilio extremum diem clauserunt, illorúmque bona immobilia, proventus, pensiones, omniáq; jura ad hæredes anabaptismo non contaminatos devolventur.

Si vero quidam civium, qui urbe excesserunt, Ana-

bap-

baptismo se pollueriñt, illámq; secutam, ipsos promoviße demonstratum fuerit, perpetuo exilio et confiscatione omnium bonorũ mulctabuntur,

Ne autem quis suspicionibus, conjecturis, aut odiis contra jus et æquitatem opprimatur, necessarium esse visum est, ut vicini aliquot Lectores et Diuinipes tanquã Commissarii deligantur, qui Legatos Sacri Imperii nomine Monasterium mittant, qui de ipsi confirmatio suspectis cognoscant, ut innocentes suspicione absoluti et purgati sua bona recuperent; nocentes verò et Anabaptismo pollluti perpetuo exilio, infamia et proscriptione omnium bonorum puniantur.

Si

Sic etiam quidam miserati-
one digni deprehendantur, ita
cum illis circum Cantiarum ha-
bita ratione agatur, ne quis
praeter meritum et aequitatem
degravetur.

Et cum Sacri Rom. Impe-
rii ordines per inobedientiam
civitatis Monast. ad immensos
sumptus et impensas adacti, et
per impiam et inauditam schi-
smatis persuasionem in summum
animarum, corporum et bonorum
periculum adducti sint, ne ig-
tur in simile discrimen, et im-
piorum magnitudinem im-
posterum praecipitentur, non
commodior, utilioreque via ex-
cogitata est, quam ut praesi-
dia munitionesque urbis Monast.
rescindantur et tollentur, ita
tamen ut resciscorum locum,

cum

cum authoritate supra dictorum Legatorum muri vulgares substituantur, et Civitatis saltem nomen retineat, quæ res in futurorum periculosarum motum propulsabit, verum etiam hæc urbs suo exemplo alias quoque Respubl. à simili impietate et rebellione posthac terrebit.

Præterea Legati supra dicti omnes istius Civitatis munitiones præsentes inspicient, et interse, qui sint agendæ, conveniant, hinc voluntatis sive decretum Conformato, Capitulo, Nobilitati et Dioecesi significabunt, et sub Imperii decretum maturius exsequatur, sedulo instabunt, quibus Dioecesis Status parebunt.

Ne autem innocentes no-

nocentium poenas in civilibus
rebus perferant, decretum est:
ut Cives, qui urbe excesserunt,
si Anabaptismo se non pollue-
runt, Majorum suorum anti-
quitus et ante exilium habita
urbis administrationem et regi-
men recipiant. Senatum, Judi-
cium, Ste~~rr~~achanicarum mune-
ra et Curialia consortia restau-
rent, quibus singulis sua jura,
privilegia, libertates, immuni-
tates et consuetudines antiqui-
tus recepta, sine Confirmati,
successorumque Quidcunque
aut cujusvis impedimento et
interversione restituerentur,
et inviolabiter remanebunt,
etiamsi privilegiorum tabu-
lae signatae dicerata, causae
vel gravis ratione abolitae
natae fuerint, eâ tamen lege,

ut

ut Confirmato debitam obedi-
entiam præstent.

Facta ultro citróque cessa-
tione p: ut dictum est: et pro-
cipuarum fossarum erectarum
munitionum restitutione, et de-
molitione, ita ut Legati Imperii
jusserint, Confirmatus, Capitu-
lum, Nobilitas et Dioecesis simi-
li modo duo propugnacula ad
repimendam oppidanorum pro-
tervitatem post recuperatam urbe
in eâ extructa demolientur,
prorsúsque tollent.

Ad hæc Confirmatus,
Capitulum, Nobilitas, et urbis
Monast. Cives, Regi Roma-
no ac Imperii ordinibus literis
signatis necessariò cavebunt,
neque se, neque successores
suos demolita munitiones,
unquam non recuperaturos,

neque

neque alterius forme ullas, quam Legatis Imperii visum fuerit, exstructuros. Atque hanc oblationem signatam continuo Legatis tradent, qui eam in usum Imperii in Grammatophilacium Moguntinum deponent.

Ut autem hec Comitiorum dispositio et decreta restitutio perficiatur per Ferdinandum Regem Romanum, pro Commissarii deputantur et designantur Electores et Principes Moguntinus, Trevirensis, Colonienſis, Juliacus Hasus, Wilhelmus generosus à Kasan Comes et Civitas Colonienſis, ut sui suos Legatos ad diem Lune post Dominicam Reminiscere que fuit 5. Martii futuri anni 1530. Piemontiam mittant, qui Rine Imperii

im-

impensis Assumptibus Monasterium superiorem ordinationem et restitutionem exequendi gratiâ ordinandi.

Item peculia hujus Legationis à pecuniâ in communem Imperii usum collocatâ à Spirensem depositâ, commissarii recipiendi.

Item ante Supplicium Rex ille Sacrificus quibusdam Sanctis supplicibus precandis supplex exhibitis, reduxisse dicitur Evergernam, atque illius arcis custodiæ firmiori concluditur.

Knipperdollingus verò et Krechtingus in vinculis sortiuntur, mariani discretis delinentur.

Ab hoc omnes diversis quidem temporibus Antonius Corvinus, et Joes Ky-

Hymnei admissi, de diversis
articulis colloquia miscent,
de regno Christi, de Magistratu,
de baptismo, de coenâ Domini,
de humanitate Christi, de ma-
trimonio, aliisque rebus male
intellectis cum illis agunt. In his
collocutionibus Rese scripturae
sacrae ab his viris adductus ac-
quiescere proponebatur visus est.
Per Kniphoffdollingus et Zechi-
tingus, adeo sui cerebri fuerunt
perfracti, adeo pertinaces, adeo
duri, ut neque scripturâ, neque
ratione ullâ mollirentur.
Sure in his duobus parum
fructus illa scripturarum
collatio operatur.

ANNUS
1536

Postridie die Mercurii ante festum Antonii Abbatis, quæ fuit 17. Januarii, Monasterium ad Supplicium traducti sunt, ibique ad diem Saturni post Antonii, qua fuit Vincentio Martyri Sacra, 22. Januarii in carcere asservantur.

Ante curiam vero ex tribus cuneis roboreis asseribus contectis Scena et Theatrum exstruitur, ut sit huic editior, et à populari concursu remotior, in cujus medio palus numellas affixas habens eminet unde ad altitudinem unius cubiti supra assere transversum exstat lignum, cui Supplicio adjudicati, deductis cruribus insideant.

Rex pridie, quam pu-

blici

alio judicio sisteretur interroga-
tus: cuperet ne Ecclesiasten, qui
se sacra scriptura consoletur, et
cum quo de salutis aeternae ne-
gotio p. cum posthabita moriturus
sit, serio agat? Respondet:
se illud magni beneficii loco
habiturum, si Dominum Joan-
nem a Cypraeo Principis
Sacellanum ad se colloquii
causa admittant, hujusitaque
opera per totam noctem usus
est, a qua vita per motus est, ut
nihil praeter suam impietatem,
caedes, rapinam, impudicitiam
aliaque flagitia deflaret, et
detestaretur, seque decies mor-
tem acerbissimam commeruisse
diceret, et omnes errores suos,
praeterquam de baptismo et
humanitate Christi priva-
tim in carcere revocaret. Quos

idem

idem erat publice fauturus, filiæ
ausus est, cum vero meluerent, ipsum
ea in vulgus sparsurum, imo ma-
joris mali occasio fuisset orta, non
sunt pati tempore supplicii ipsa
publice loqui. Sibi quoque dolere
dixit, quod Landgravii saluber-
rima consilia pro nihilo duxerit,
et arroganter contempserit.
Propterea se optare Divaram
uxorem suam simili poenitudi-
ne commissorum flagitiorum
duci. Hæc Divara 7. Julii
cum uxore Knipperdöllingi
est locuta. Et cum Ephraim
se id illi renunciaturum diceret,
nequaquam! inquit ille! tibi
ista dicenti credet, neque facile
illi persuadebis, me doctrinam
meam tanquam erroneam
revocâsse, nisi certo signo id ei
te probetur. Refert ergo hæc
fi-

signi loco: quòd illa tenente
lumen pedi albeum inguinario su
latibulum, nempe pubem suam
abstraxerit. Per totam ergo noctem
Domini cum Turba colloquio et
consolatione Rex fruitur.
Alii verò à colloquium collo,
quio abhorrent, presentiámque
eorum aversantur, sibi Patris
celestis presentia sufficere dicto,
tantes.

Inde post octavam ho,
ram antemeridiana
die 22. Januarii
portis oppidi conclusis capti,
vi è carceribus ad forum pro,
ducuntur, ibique scenam ex,
structam Rex Iconicus cum
suis aulicis adscendens provol,
vitur in genua, Patremque
suo more iteratis vocibus invo,
cat, hinc surgentes circum,

spectat

spectari, nunc carnificum tur-
bam, nunc palum nunc allari,
um locumque supplicii, nunc
Trinitatem, in aedibus Jovii Hist.
Viri ex adverso sedentem, nunc
populum circum fusum, nunc
ferreos duos fovos, et carbones, pru-
nasque candentes ipsis impositas, nunc forcipes quatuor ipso
etiam aspectu terribiles, nunc
turrim Lambertinam, ad quā
ferreis receptaculis post supplici-
cium inclusi, pasturi alites aeli,
suspenderentur, miserrimo vul-
tu intuentur. Interea carbones
follium flatu à spiculatoribus
ex cibotiis strident, crepitántque
ac forcipes foulis impositae
ex candescunt. Joco Ases.
Virg Juris Licentiatus
Judex urbis, cum Assess-
ribus Hermanno Ser-
vio

Dux, à Sceleberten, alii,
que Judicii Ministris theatrum
conscendit, atque ibi captivorū
causam judicaturum pro tribu-
nali insidet, continuo Rex
accusatur, quòd in Deum et Ma-
gistratum deliquisset, errores
anabaptisticos consiliis patrum
sanctorum et legibus civilibus
damnatos resuscitâsset: Sacra
menta omnia contaminâsset:
templa et aedes sacras diruisset,
et diripuisset: Sacra profanâsset:
seditionem concitâsset: Ma-
gistratum legitimum deje-
cisset: se propriâ authoritate
substituisset, et contra jus co-
mune, Regem fecisset: Maje-
statisque crimine se contami-
nâsset: cives omnibus bonis
exutos, urbe ejectos, in luctuo-
sum exilium profligâsset.

Qua

Quæ omnia tam sint manifesta, ac omnibus per Rom. Imperium tam supremi, quam infimi ordinis hominibus ita sint nota, ut probatione nullâ egeant. Respondet: Sequidem Magistratum, non autem Deum offendisse, quasi verò non offendat Deum, qui ordinationem illius non contemnit, & evertit. Anabaptismum autem & seditionem à se in perniciem Magistratûs commotam, & læsæ Majestatis crimen confitetur. Quare morti adjudicatur. Propter eadem quoque propemodum flagitia Knipperdollingus & Krechtingus mortis sententiâ condemnantur.

Eò continuo Carnifices, Regem primum nu-

mellis

nellis in clusum et palo alligatu
candentibus et ignibus forcipibus
corripiunt, et musculosa in to-
to corpore carnium pulpa asp-
prehensa, quae ad singulos tactus
manifestam flammam emit-
tunt, unde tantus exhalat
foetor, ut omnium in foro stan-
tium nares gravissime offende-
rentur. Simili poena et reli-
qui afficiuntur. Intollerabilium
tamen et impatientium cruci-
tus ipsos perferri visi sunt, quam
ex ipse, pluribus enim lamen-
tis et vocibus dolorem suum te-
stantur. Knippserdöl-
linegus autem cum horrendi
cruciatus aspectu territus sub-
stupesceret, subsidens mimella,
quae alligatus stipiti fuerat,
guttur elidere et mortem matu-
rare contendit, quod cum ca-
ri-

nihiles sentirent, ipsum eri-
gunt, arctissim per ostiarios
inter dentes ita ducunt, ut
neque subsidere, neque gulam
frangere, neque se represso
spiritu, et vocali arteria clau-
sa suffocare possit. Post diu,
tumultum supplicium, cum
adhuc viventes palpitarent,
guttura candente forcipe
corripiunt, igniisque fervore
constringunt, paribusque
ficam in pectora singulorum
quantâ vi possunt adigunt,
ut vulnerata vitæ sede cibum
occumbant. Inde cadavera
eorum ad odibilem ludum
verbinum devecta corbibus
seu fiscellis ferreis et can-
cellatis imponuntur, nu-
mellique quibusdam ore-
da in ris sustinentur, et

sus-

supremæ parti turris Lamber-
tinæ ad latus Australe ita affi-
guntur, ut Rex in medio eminen-
tiorem locum, reliqui vero utrinque
humiliorem obtineant, ubi etiã
nunc in perpetuam rei memori-
am carne & ossibus absumptis
corbes affixæ conspiciuntur.
Forcipes vero, quibus excruciati
sunt, in columnis domûs Sena-
toriæ suspensæ, in medio fororum
sunt, ut seditiosis & Magistra-
tui ~~tibus~~ legitimo non parentibus,
sint terrori & exemplo.

Post hæc Perusi
et cives certatim majori
studio templorum reparationi,
et divini cultûs restaurationi
quam homines illi deplorati,
destructioni et abolitioni in-
tenti in hoc potissimum inci-
buêre, ut parietibus adhuc fere
in-

integris tecta Super imponerent, et divina officia quasi postliminio maturo servarent, deinde ea paulatim intus repararent, quæ ad pristinum decus pertinebant, tremo fuis rebus animum adjicerent.

Principes etiam id Sibi studio habeat, ut certa reipublicæ civitatis politiæ forma constituatur ut à futuris malis sit tuta. Deinde consentientibus reliquis Diœcesis Ordinibus ad 24. diem Januarii Diœcesana Comitia in loco antiquitus consueto nempe Lauterbrot habenda indicit; ad quem cùm convenissent, varia Diœcesis difficultates, onera et molestiæ à Principe proponuntur, quæ cùm in consultationem pu-

blic

blicam producta fuissent, accu-
ratiúsque examinâssent, utile
visum fuit, consultantium mul-
titudinem in compendium con-
trahere, ut certius super his aliquid
decernatur. Designantur itaque
omnium ordinem voluntate,
viri graves et appprimè nobiles
generosius Comes Arnol-
dus de Hertzberg et Stei-
fordia, Gerardus Scor-
riere Hyppparchus, Arnol-
dus de Däuffeld, Bern-
hardus de Nesterholt,
Godefridus à Scheide-
lichen, Joes à Herweld,
Conradus Seffeler,
Cum animadverterem amice Lector superiorem illam anni 1535. Anabaptistici furoris calamitatem, multorum animis in Republica Monasteriensi revulsam, et è memoria civium fere subbatam, quæ non solum alios quot Germaniæ Principes, verum etiam totum imperium Romanum, et omnes propemodum Germanicas, eas demque christianas provincias sollicitabat, sollicitas, ac turbabat, immensisque sumptibus in expugnatione Monasteriensis urbis, et crudelissima hæresi, perfidiaque exstirpanda

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK GIESSEN

da onerabat, cepi ego in grati-
am utriusque Magistratu hoc
foeditatis et flagitiorum Ana-
baptistici furoris auita, ne civi-
animis unquam excidant, seri-
pis reproducere, ut hac posteritas
ad inobedientiam, et alia qua-
dam vitia sibi rum influxu
proclivis, admonita, imo hor-
rendis exemplis Anabaptista-
rum deterrita circumspectius
quam Majores sui agere discat
a simili furore, diabolicisque
illusionibus et turpi forma hore-
si scriptis provida sibi tempe-
ret, suo Magistratui obediat,
intra avitae, veraeque religionis
terminos se contineat, neque
pacem publicam temere excu-
diat, violetque, ad hanc com-
modius conficiendam Leve-
ren-

rendissimus Princeps Joes
ab Hoya Irium Diœcesium
Speculator, in domino jam defun-
ctus per suum Secretarium et
Senatus Monasterienſis per
ſuum Consulem /: præterea, quæ
ipse ante in motu anabaptistico
in urbe perpetrata viderat :/
ſubministraverunt, descripſi
itaque totius anabaptisticimo-
tûs à levibus initiis exordium,
progreſſumque acerbiorem et
finem conuitatissimum, quæ
omnia Reverendissimus Eccle-
ſiarum Monasterienſium et
Osnabrugenſium Præſul, Minden-
ſis verò Administrator Princeps
Amplissimus Franciscus de
antiquâ et generosâ Comitum
à Waldeck stirpe prorealiter
ma-

maximis quidem suis & Reipsæ Imperii sumptibus, laboribus civi-
gilijs feliciter confecit in gratiam Religionis catholicæ & bonorum civium, plus quam Heroico animo Anabaptismum contudit, delevit, & exstirpavit, urbem, à Rebellis occupatam, diuturnâ obsidione pressit, pressam recuperavit, Ar-
asperatam tandem religioni pri-
stinæ & Imperio, civibúsque resti-
tuit, hoc humili quidem stylo,
nec ut ederentur, sed mihi, meisq
primùm conscripseram & ut omni-
um Ordinum archivis conredere-
tur, nec non insigne hoc & memo-
rabile eversæ Reipublicæ exem-
plum Magistratibus semper ob
oculos sibi ponerent, cautósque
ejus inluerdur, & penitus ex-
pen-

penderet, futuriq[ue] malibus obviam
iret, verum bonorum virorum hortatu
incitatus, qui hanc historiam per-
quam necessariam & subsidij plenam
adparandum suo Magistratui pro-
mnebant, & qui aegerrimè ferebant
praclara optimi Principis in obli-
dione acta æternâ oblivione sepeli-
ri, ac cives, quibus imperium urbis
gratuitò restitutum est, gratitudi-
ne erga Valdeckianam stirpem
non admoneri, periculo tandem
editionis me committere decrevera,
unde cum Senatu Monasteriensi
editionem historicam non ferente,
plurimis me discriminibus in-
volvi, quæ autem illa fuerint
cum sint publica, & historica
narratio pio animo à me fi-
cepta, proponere non erubesco,
ut

6.

ut prius Lector, imo totus mundus, quem Judicem libenter perfero, intelligat, utriusq causa melior. Quare candide Lector, cum Senatus causam jam suam palliare et aquvumdam instrumentorum, ad suum arbitrium factorum, publicatione, me infamem reddere laboret, ac multi cives sibi persuadeant, Magistratum suum errare non posse, ideoque Senatus partes sequantur, hac nostra scripta lege, intellige et examina, et sic tandem de causâ utriusque candidè, piéque judica; videbis me haec in nullius infamiam scripsisse, sed quod juris et naturalis, ut injuriam mihi me, isque illatam propulsem, et innocentiae mea causa mundo patefiat, et quod acerbè crudeliterque non

non dico tyrannice mecum actum
sit, in eo judicio, in quo iidem ad
actores fuerunt et judices omnes in-
telligant. Vale candide Lec-
tor. Raptim Padiborna
ex musæo nostro 6. Febru-
arii Anni 1576.

Acta.

Principio igitur ſ. utrem exor-
diar: / Anno 1573. die quidem
14. Julii Joannes Dſrabrug-
ge, ac Joannes Boddefeldt,
ratione uxoris meæ mihi affinis,
Senatores urbis Monaſterienſis
per auctum seu Miniſtrum pu-
blicum me ad Curiam vocant; cum-
que eò veniſſem, ſibi à Senatu
id negotii datum eſſe commemo-
rant, ut à me inquirant:

Cui-

8.

Primum num historiam Anabaptistarum Monasteriensium conscripserim, eámque Coloniam ut typis excuderetur, transmiserim?

Secundum: quod potissimum sit: an urbis munitionem descripserim?

Tertium an quarundam personarum seu civium mentionem in eâ nominatim fecerim?

Respondeo

ad Primum Senatûs aream, na describere me non potuisse, cum ea mihi sit incognita.

Ad Secundum: descriptionem urbis, more historicorum, munitionem in genere adjeci, neque per hoc Senatum offensum esse existimo, cùm Benignius Stogerbergius hanc eandem civitatem Monasteriensem æri incisam,

cum

cum suis munitionibus ad vivum
et ad oculos expreserit, et publicaverit, inde non solum laudem Agra-
tiam à Senatu, verùm etiam
honorarium munus consecutus sit,
quo Senatus Stogenborgii labores
sibi placuisse testatus sit, et mul-
tarum urbium Icones et Formas in
earundem commendationem cum
munitionibus ad amussim depictis
circumferantur, prostent, et di-
straharentur; cùm verò in meâ
descriptione hujus urbis, non ita
ad oculum munitiones cognosci
possint, ideo multò minus mecum
natum offendisse arbitror.

Ad Tertium me quidem hor-
rendæ seditionis capita nec non
pacis authores nominatim de-
scripsisse, ut mihi, historiam
narranti, fides habeatur, et

bo-

bonorum, malorúmque pariter sit
discrimen, neque hac in re alio hisce,
viros fecalum.

Narratio actorum

Cum duobus istis Senatoribus, ad
tres quæstiones, mihi propositas,
respondissem, se Senatui istas re-
laturos recipiunt, et me cum bonâ
veniâ domum abire finunt.
At ubi recessissem, et domi vix
tunicam talarem deposuissem,
Minister publicus ad eos, meque
ad curiam revocat, redeo subito
ibi tunc prædicti Senatores mihi
proponunt:

propositio Senatûs

Cum historiæ à me prædictæ
et Coloniam excudendi causâ
transmissæ, sine dubio apud me
sit adhuc exemplar, Senatum
itaque illud videndi causâ pe-
tere.

Re-

Responsio:

Respondeo ad precedentem petitionem: me quidem exemplum ejus in tres partes distinctum habere, sed non ita correctè scriptum, quàm quod Coloniam sit missum; me tamen in gratiam Senatûs primam partem libenter traditurum, eâ verò lectâ & mihi restitutâ, me secundâ porrecturum, atque iisdem legibus tertiam; declarent proinde Senatus, cui Senatorum primam partem tradi velit.

Senatus per Bernardum à Detten Coriarium Senatorem mihi significavit, in meo foro earum libris, ubi, an Osnabrugo, an Godesfeldo tradam.

Ego verò mihi non utile esse judicavi, librum Godesfeldo, ubi affini, date mihi juncto, mittendum esse

esse, cum pater illius magna pars superioris moduſ fuisse dicatur, atque ob id historiam hanc cum Authore extinctam esse cupiat. Scivi Snabruggo, viro mediocriter do-
cto per familiam meam eodem die missi, sperans eandem doctri-
nae suae, cum discipulus meus fuerit, aequiorem, humaniorémque judicem fore, sed illum eodem juris Westphalici liquore aspersum, opinione vulgi doctum esse sensi.

Acta

Vigesimo Julii ad conclave Senatorium iterum vocor, ibi tum Joannes Fischerinus Patricius et Consul, Senatus inquit / intellexit, in suâ hi-
storiae narratione / cujus exemplum Coloniam ad Ty-
po-

pographum misisti: / quæ ameſe deſcripta, quæ Senatui Monaſte, rienſi ſint adverſa, germaniæ: Vedercklich, Senatus igitur ſcire vult, cui Typographorum librum ad imprimendum tranſmiſeris.

Reſpondeo:

Me non contra hunc, ſed forſan ſi contra anabaptiſticum eſt ſcriptum, ofum Senatum quædam ſcripſiſſe, librum autem Gerwino Calenio miſsum.

Ad quæ Conſul Sᵗ Diſchovick:

Senatus vult ut ſubito ad eundem Typogeaphum feriba, ne librum imprimat, præterea jubet ut reliquas duas hiſtoriæ ſuæ partes / cujus primam Senatus accepit / continuo tradat, cum vero ego è diverſo inquirerem,

ſi

Si Typographus librum typis exc-
udere jam cœpisset, cujus idem im-
petibus gratum fit, non enim à cœ-
pto opere sive impensarum repetitio
ne posse abduci, et me sumptus
istos ferre non posse, nihil re-
sponsum est. Cæterea me qui-
dem reliquas duas historiæ partes
ut superius conventum fit, traditurū,
ut videlicet primâ perlectâ die,
sibulâ secundam, quâ etiam rec-
ditâ, tertiam traderem. Hinc
à singulis pene senatoribus exor-
ta est mecum contentio, aliis hoc,
aliis vero illud proponentibus.
Cùm autem Senatus suum velle,
ego vero conventionem superiore
in partibus historiæ ordine tra-
dendis restituendis urgerem,
Senatus jubet me discedere,
consultandi hac super re gratiâ.

Cùm

Cum satis diu consultatum esset, revocor ibi tum, Secretarius Senatûs consultum jussu Consulis recitat, in hæc verba:

Senatus unanimi consensu constituit, atque decernit, Rectorem debere ad Typographum Colonienſem scribere, ne librum imprimat, donec aliud sibi nunciatum fuerit, Senatum quoque literis Rectoris suas adjuncturum. Ad hæc Rector debet per prostibulum jusjurandum reliquas suæ historiæ partes duas Senatui tradere, adversus hæc vana fuere à me in medium adducta, verùm nulla ratio Senatus consultum illud refringere potuit.

In hac verborum collatione D. D. Schoppius patricius et Consul exacerbatus jussit Secretarium Senatus consultum iterare; et

cum

cum prima illius verba recitare coe-
pisset, dixi, me satis decreti superius
de citatorium intellexisse, et simul
curiâ egressus domum recedo, hinc
consulis jussa accensus me abeun-
tem subsequitur, libróque reliquo
duos historicos excipit. Ego vero
pareo sed invitus.

Ut Senatus consulto satisfiat.
Sin alterâ parte, Senatus â pro-
dio Nuncium, â Secondicium,
et postridie Coloniam abiturum,
ad me scribendi causâ mittit,
cui respondeo: me in tantâ animi
perturbatione tam subitò scribere
non posse. Post medium inter-
vallum mittitur accensus, Sena-
tus nomine significans: cum tam
subitò scribere non possim, Sena-
tum mihi dilationem scribendi
daturum in diem posterum

ad

ad tempus meridianum, ac ut litera mea ad Typographum destinata, Secretario mitterem.

Respondeo: mihi cum Secretario nihil negotii esse, neque literas meas illi missurum. Sed ubi commodum visum fuerit, me per nuncium meo ære conductum, literas Coloniam miss, surum, et sive nunc scribam, sive non, hoc Senatui nihil commodi, nihilque incommodi allaturum, eo die non pluribus veior.

Die 21. Julii bene mane, nun, cium autem literis ad Valentium Typographum, librum expectatum mitto, qui cum nondum impos, mere cepisset, eundem intra triduum remittit.

Senatus vero nuncius 22. Julii ad Senatum Colonienſem miſ, sus, renunciat in reditu, me

li,

librum á Valerio receptisse.
Die vigesimo primo Augusti Se-
natus me ad curiam revocat, et per
ejus Syndicum mihi proponit hoc
modo:

Senatus propositio:

Cum in historiâ tuâ quædam sint
scripta, quæ Senatui sint adversa,
germanicè tantum libertinis, Senatui
proinde ferre non posse, ut edatur,
et cum librum per Typographum
sibi remissum receperit, eundem
sibi conferendi causâ cum altero
exemplari, tradendum Senatui
postulat.

ad hæc Author

Ego deliberandi gratiâ cum duo-
bus filiis meis, Theodorico ac Ge-
orgio paululùm recedo, reverso
respondeo: Senatum superio-
ribus diebus duo super juramen-

tum

tum præfectum per decretum perfi-
cienda imposuisse: primum ut
Coloniam ad Typographum scribe-
rem, ne librum excuderet. Secundo
ut historiæ reliquæ partes duæ sibi
simul traderentur, in utraque
autem re me Senatui paruisse,
nunc verò cum proponatur Sena-
tum non posse ferre, ut liber impri-
matur, quia in eo, quæ Senatui
sint adversa, contineantur; me
ergo petere ut ea loca, quæ Senatui
displiceant, edantur, ad quæ fi
commoda responsio à me dari non
queat, non esse oleaceum colorem,
posse ea deleri et omitti; quòd au-
tem Senatus nunc quoque exem-
plar à Typographo mihi Colo-
niæ remissum, cum priori con-
ferendi gratiâ exigat, mere-
spondere: Senatum circa

alia

alia et majora occupatum non
necesse habere, inanem istum
conferendi laborem suscipere, cùm
ego ipse contulerim et exploratum
habeam, utrumque exemplar ejus-
dem esse Sententiæ, nisi quod Colo-
niâ receperim, correctius scriptum.

Ad hæc Senatus post de-
liberationem respondet:
Cum sit decretum à Senatu,
ut liber, Coloniam missus, sibi
traderetur, ad conferendum cum
eo, quem habeat, proinde ex
decreto suo eum postulare.

Respondeo: Ejusdem esse
utrumque sententiæ et per eun-
dem manum scriptum. Bar-
cat ergo Senatus inani et super-
vacaneo labori, per me enim
istam collationem esse factam

Ad

Ad hæc Senatus:
Se altius atque profundius trey
partes historiæ sibi traditas, exa-
minaturum. Et sic digredior.

Appendix Authoris.

Ingenii est callidi, cui non
minor fraus subest, quam me non
intelligere existimant; nihil enim
ista collatio sibi vult: quam ur-
gent: / nisi ut liber intercipiatur.

Acta

Quarto Septembris revocor ad
conclave Senatorium, ubi ante
adventum meum Effmannij,
quos et patricios vocant: / de hi-
storiâ mea questi fuerant.
Cum vero ad curiam venissem,
Syndicus querelam, à Patricijs
factam, repetit: videlicet quòd
questi sint, in historiâ à me
conscripta, natalium suorum
splen-

2.

splendorem et aestimationem esse
sam.

Illi obiter notandum, quòd in
hac accusatione Senatorii Ctss.
manni bonum suum in Senatum
retinuerint, nec adipsos accusa-
tores, qui me nomine omnium
Ctssmannorum tam Senatorio-
rum, quàm eorum, qui extra
Senatum sunt, accusabant, fecer-
int, proinde ipsi Ctssmanni
et accusatores et judices fuerint.

Respondeo ad accusation:
Mihi nullo pacto stare, quòd
adversus quemquam eorum Ctss-
mannos quicquam scripserim.

Ad haec Joes Nicolaus
Orator Ctssmannorum dicit:
Me natalium splendori patri-
corum contraria scripsisse mace-
me in Ap: 8vo meae historiae

Ite

Respondeo:

Me in eo capite nihil in ignominiâ Hoffmannorum et quod illorum natalium splendorem obscurare quea, sed ea potius, quæ ad laudem et honorem illorum pertinent, scripsisse, nisi contrarium ex scriptis meis doceatur; si verò diversum ostendatur, id quod solidum respondeo, fum à me dari non possit, oleaceum colorem non esse, sed posse vel omitti, vel mutari.

Ad hæc Missivet

Se cum Rectore cum eâre non disputaturum, sed superiorique, relo inhasurum.

Respondeo: me quoque in eadem responsione perseverasturum, simúlque à Senatu defensionem et tutelam jure naturæ, si mihi debitam, imploro, ad-

ver-

versus vim injustam, donec Cæs.
manni suam intentionem solide
sub juris sit, probaverint.
Senatus nobis digressis con-
sultat, et sic
Decretum Senatus interpo-
situm: Patricios suam inten-
tionem probare oportere. Reclo-
rem vero libri Coloniæ sibi re-
missum, Senatui jam tradere con-
ferendi causâ cum Superiori de-
bere.
Respondeo
Librum istum me in potestate
meâ non habere, proinde istum
Senatui jam tradere non posse.
Ad quæ Hilbrand, Scholtis
alter de plebe Consul:
Quid Euch soll sein sagen, nun
muß sein sagen.
Vox Tyranni, non Consulis
Respondeo ad verba Consulis
si sic Senatus rem instituat,
ut

ut meos labores, in meo papyro, me-
is sumptibus scriptos, intercipiat,
pessundet, et opprimat, me illos
malle igni committere.

Ad quae Syndicus Mein-
hardus Jelgerhusius:

Cum non esse mentem Senatûs,
sed librum posse collationem cum
aliis tribus partibus tibi restituere.

Respondeo

Me nunc temporis istum Sena-
tui tradere non posse, cum non ha-
beam.

Senatus

Ut acciperem et die Lunae pro-
ximo traderem, qui fuit septima
dies Septembris.

Respondeo

Me id facere non posse; sed petere
istius termini prorogationem.

Senatus me digresso consulebat.

Hinc mihi per Isodorum Roser-
sonium Lanionem et Bernardum

26.

â Getter Coriarium Senatus respondet: Senatum Rectori congratulatum, quam primum fieri posset; sed ut eo die nempe 7. Septembris Secretario traderet, hoc quoque allato isti responso addictum fuit: Se Senatui jubenti pro restitutione utriusque exemplaris, facta collatione, fide jussores futuros, aut data simul dextris restitutionem promittunt.

Cum vero die ille Lunæ 7. Septembris appeteret A. D. Gothofredus â Raëssfeld: qui postea ad Scapositura Summo Adis dignitatem evectus est: / peregrè profectus, nondum reversus fuisset, cui librum, cum primùm Colonia â recepissem, & per lyngraphâ credideram & commodaveram, misi M: Henricum â Exterer,

Crock

brock sanguine mihi junctum,
Mag. Joannem Blocium ac Joan-
nem, Georgiumque filios meos ad
Secretarium Civitatis cum Syngra-
phâ, qui dicerent, Dominum â
Raesfeld nondum reversum,
ideóque me non posse libri tra-
dendi copiam hoc die habere, pro.
inde Secretarius eo nomine me
apud Senatum excusset, et sub fidem
illis, hæc narrantibus, Secreta-
rius haberet, Syngraphan Do-
mini â Raesfeld communiret,
legendique copiam faciant.
Die veneris, quæ fuit 11. Septem-
bris Secretarius Dominorum de
Capitulo ad me in ædem Basilicâ
accessit, mihi indicium fecit:
venerandos Dominos de Capitulo
librum quendam historicum
â me descriptum apud D. V. â
Burmfeld arrestâsse, et edicto
illi

illi præcepisse, ne cuiquam tradat.

Eodem die inter decimam et undecimam Accensus nomine Senatûs mihi nunciat, ut continuo librum sibi mitterem.

Respondeo

Librum à Dominis de Capitulo arrestatum esse, ideóque me illius copiam habere non posse, ut hac Senatui renunciet.

Eodem die hora prima pomeridiana Secretarius et Syndicus à Senatu ad Scholam missi, me legendum evocant, et mandatum Senatûs sic expediunt: Senatus tibi per nos nunciat, ut librum tuum continuo tradas, multi enim de eo gravissime querantur. Si vero hac in re Senatui ut subdito non parueris et Capitulum Senatum commiseris, cogitare debes inde tibi et liberis tuis mul-

da incommoda evenire posse.

Respondeo

Librum istum saepius petitum penes me non esse, sed à Dominis de Capitulo apud D. Petr. Stad arrestatum, me ergo illius etiamsi maximè velim, apud habere non posse, et si illud non credant, ut me, cum Caesfeldum adeant, illos coram aditurus me vera dicere.

Ad haec Secretarius.

Se ejus rei mandatum non habere.

Author

Hactenus benignè egerunt, nunc minantur

Acta.

Hinc ego cum N. Henrico à Lensenbrock et N. Joanne Blocio D. Godefridum de Bu, ad Stad adeo, illique explico, quae mihi à proceribus meis mala Secretarius ominatus sit, nisi

librum continuo tradidero, proin, de ista, qualiacunque etiam incommoda sint, evitenter, me suppliciter petere, ut liber, sibi commodatus, mihi restituatur, me stipulatâ manu (: ut dixi :) restitutio, nem promissurum.

Ad quæ P. a Paesfeld:

J. J. Decanum Templi summi sibi super juramento suo, quo Ecclesiæ Monast. obstrictus sit, custodiam libri ista commississe, ac nulli, neque ipsi Authori traderet, se ergo malle jurejurando suo inhærere et parere, quam alicujus stipulatione suspensum teneri.

Hoc P. Paesfeld respondet per M. Henricum à Bra[illegible] brock & M. Joannem Blocci, um Secretario continuo renunciio, simulque rogo, ut hæc Serena,

natui referat et prorogationem
mihi impetret, donec D. Decanus
revertatur in urbem, à quo relaxa-
tio aresti sit impetranda.

Die 17. Septembris relaxatione
aresti impetratâ Dominus Gof-
vinus de Aurfeld librum mihi
sub vesperam circa horam sextam
per Scipionigerum ministrum re-
misit.

Postridie quæ fuit 18. Septembris
ego cum Magistro Henrico à
Lerchenbrod Atribus filiis mei
ad Curiam eo, et è conclavi Sena-
torio, Jodocum Roverfonium
Lanionem et Bernardum à
Hatten Curiarium Senatores
evocari facio, quibus præsentibus
hæc propono: Historiam
Anabaptistarum in gratiam
Civitatis et omnium bonorum
de-

descripsi, quam si alijs in regionibus turbis scripsissem, sine dubio & gratiam et favorem mihi apud Summos etiam conciliassem, hic verò nil nisi invidiam, odium, malam gratiam, et maximas molestias vexationesque comparari, ut ut autem sit, hujus Regionis mores et vim constellationis ista adferre animadverto, cum autem Senatus eam historiam eo tempore, quo ejus copia habere non potuit, satis aviter à me exegerit; nunc verò ubi eam post multos labores et molestias receperim, si Senatus eodem studio eam habere affectet, ne eam illi ad certum tempus commodaturum.

Haec ubi Senatui explicâssem, referunt: Senatum eandem adhuc optare et ad festum Mar-

tini

tini proximum restituturum.

Ad qua Respondeo

Me cã lege à D. Aur. Fl. librum accepisse, ut intra mensem sibi restituerem. Si ergo Senatus intra mensem se restituturum receperit, me traditurum, sin minus meo opus, fore à D. Aur. Fl. prorogationem dati temporis diuturniore impetrare.

Senatus tandem librum se mihi intra mensem restitutum promittit, cujus promissionis reos Roderfonium & Pettenium constituit; his itaque librum perfectum, absolutum, non mutilatum nec laceratum, nec corruptum commonstro, ac an ita post mensem statim in liberalem priorem restituere mihi velint interrogo; quod se fine

frau-

fraude et dolo facturos, dabis dex-
tris fuis fancte recipiunt. Trado
itaque iisdem librum in presenti,
à M. Henrici à Rensbroek
Atrium filiorum meorum

Appendix Authoris

Quantis vexationibus inquit
vexator Senatus, ne nihil agere
videatur, me aliquandiu vexa-
verit Atreumegerit, priusquam
librum cupitum receperit, ~~priu~~
pius Lector videt. Utinam jam
quiescerem, et in pace me vivere
finerent, sed nihil so egisse esaistî-
mat, cum restat aliquid agendum,
nihil à se memorabile perpetra-
tum, nisi me in carcerem detru-
dat, Tyrannis nondum ex Italia,
Ja est, nisi me ducentis florenis
emungat, quando futurum sit,
dies dabit.

Acta

Sie

Die 23. Octobris cùm jam mensis integer et septem dies effluxissent, per Joannem Theodoricum filios meos à Bernardo de Rutilio Curiario altero fidejussore librum repetò et cùm eo die Nicolaus Lanio in Senatu non esset, petivit Curiarius dilationem in proximum Senatus conventum. In subsequenti igitur conventu 26. Octobris iterum filios meos in curiam repetitum à prædictis duobus Senatoribus libri mitto, qui eam fidem ad litem urgerent. Cùm verò tunc temporis Curiarius non esset præsens, respondet Lanio: Senatum prorogationem restituendi ad festum Martini petere: Syndicum enim p: cui perlegendi libri cura commissa est: 4 tribus ferè hebdomadis abfuisse. Post festum Martini iterum inste.

Respondet Senatus: Librum nondum esse perlectum: fi itaque

restituendi dilationem ulteriorem
petere.
Ante festum Nativitatis Christi
iterum restitutionis fidem à fide-
jussoribus urgeo.
Senatus per Secretarium renun-
ciat, se modici temporis dilatio-
nem petere

Acta
Anno 1574.

Post festum iterum instito, sed ni-
hil praeter verba recipio.
Ante tempus Comitiorum A novi
Senatus creationem iterū instito

Responsio Senatūs

Senatum adeò jam rationibus
exigendis & dandis se occupa-
tum ut nihil de libro reddendo
cogitari possit.
Die 24. Januarii Moderson-
nium in mandato his verbis con-
veni: cùm liber Senatu commo-
datus intra mensis spatium
re-

vestrâ fidejussione interpositâ reddendus esset, & nunc illâ mensis quinque fit detentus contra fidem additam, necdum reditus & ex istâ dilatione non modicum damnum datum sit, mihi cujus compensationem à nullo, nisi à fidejussoribus quorum fidem secutus sim, exigendam esse jus & aequitatem dictare, quare me tandem petere, & sponsionem certam, an unquam restitutio libri mihi sit sperandа:

Respondet Modersonius:

Caput Senatum efficturum, ut restituatur, si Rector jure se cum ex stipulatu agere velit, se habiturum eos, qui se fubleverent.

Appendix Authoris

Nunc tandem animus & voluntas fidejussorum patefacit, quorum fidem, si urgerem, poten-

cio,

tionem mihi adversarium opponerent, haecine est bona fides, quae perfidiam et fraudem habet admixtam? haecine ex sincerâ stillatâ conscientiâ profiscuntur? fieri ne consilium vestrum in alterius injuriam mutabit? si haec ante traditionem dixissetis, librum non tenuissem, nec duplicibus corde tradidissem, sed quid multa queror, quae sapit naturam totius.

Acta

Sum aliquoties scholae negotiis occupatus per filios meos super restitutione libri instio, sed nihil nisi dilatione et procrastinationes reportant.

Tandem 2da Aprilis Senatus me ad curiam vocat, et haec proponit: ut Senatus fide jussore liberet, proinde se librum posse, ne sibi reditum diu quidem condi-tionibus Rectori restituturum,

ne

ne cui quam hominum inspiciendi,
legendi, describendi, imprimendive
copia fiat, neque per Rectorem
ipsum, neque per alium suo nomine
quovis modo vel directe vel indirecte,
et nisi prius Senatus mentem suam
circa articulos sibi non placentes
declaraverit, hac se Rectori, ut in-
cola hujus urbis edicto praecipere.
Quero: Quo tempore ista
declaratio sit futura? Senatus,
quando sibi visum fuerit, Quaero
sitne meum opus, laboribus meis
factum, et in mea papyro a meis
sumptibus scriptum. Senatus
meum quidem esse; sed Senatus
decretum me audivisse. Ego
si utrumque exemplar non velit
restituere, me utramque Senatus
custodiae ad tempus relicturum,
ne si edatur per alios, a quibus
forte descriptus liber sit, extra

omne

omnem editionis suspicionem sim,
de quâ re expresse protestatus sum,
sed fidejussores me in eadem obliga-
tione retinere.

Senatus

se libros quidem reservaturum,
sed se fidejussores jam liberatos
esse existimare.

Ad hæc ego:

Cum libri non in pristinam et
eam libertatem, quâ fidejussoribus
traditi sunt, offerantur, neque ut
commodatum reddantur, me fide-
jussores nondum liberatos existimare.
sed ipsos in eadem obligatione obstri-
dos permanere, donec commodatis
ut juris est, bonâ fide æquis con-
ditionibus restituatur, ut autem
semel omnibus molestiis sim exo-
neratus me Senatum rogare, ut
quosdam ex ordine suo eligat, qui
mecum una cum libris ad forum
ar-

ardentem cari, se tum visuros, quid
sim facturus, ut omnis editionis
suspicio tollatur.

Ad hæc Senatus:

Se superiori responsioni inhæsurum.
Die 22 May Senatus Secretarium ad Bylorum ædes misit,
qui hæc mihi nunciaret: cum nu-
per in Senatu dixerit, si ab alio
liber, è quibus forte descriptus
sit, excudatur et publicetur, de
extra suspicionem editionis man-
surum, ideoque de Senatui librum
exhibiturum. Senatus itaque edicto
præcipit, ut omnia hujus historiæ
exempla, ubicunque etiam sint,
ad se transferat, ut non imponi-
tur, ne Senatus hac inobedientiæ
nomine ad alia confugiat.
Respondi ad impossibile nemi-
nem obligari, nam exempla,

ia

via habendos, non esse discipulos meos, nec meis mandatis paritutos, proinde me ipsos agere non posse, et abillis sum extorquere.

Appendix Authoris

Quam stupidum, agreste, inhumanum, imo Westphalicum et Bonaherense sit hoc mandatum quis non videt? quid vobis Patres venit in mentem? sustinne eodem Westphalico jure perfusi, aut potius ebrii? cum haec mihi nunciarentur nemo vestrum quidquam judicii habuit, quo perspicii potuerit? ne hoc fieri non posse, egone vestro exemplo alius sum, quod autore, aut labore suo sibi comparavit, adimam? vestrave authoritate, alijs injuriam inferam? cum quisque sit suorum moderator et arbiter, quomodo ab invito suam rem extorquere possum? nisi per vim,

per

Jedeam vobis relinquo, furtóne aut dolo illudendam esse, si amplissimis vobis authoribus liceret, authoritate Dei non licebit. Quæ est, precor, est vestra vecordia, non videlicet vos Patres et Rectores Reipub. Magnifici, quæ Majores vestri homines oculatissimi viderunt, imò quæ cuncti videre, obstinere in ipsa lapsi, entiâ vestrâ submersi et suffocari? nullúmne vobis inter possibile et impossibile discrimen? imò major est in vita impossibilibus addictis, ut si quis Magistratus diceret, si digito Lunam non tetigeris, conjiciam te in carcerem, quid stultius? quid crudelius? quid communi sensui magis contrarium, quam digito attingere Lunam.

Acta

Secretarius quæritur.

Gr.

44.

Constetne Lectori plura exempla
esse descripta?

Respondeo: me duo exemplaria
hujus historiæ apud librum compa-
ginatorem vidisse, insigniter com-
pacta et decorata, unde Senatus
cognosci possit, quorum illa sint.
Repetivi quoque coram iisdem
Senatoribus Legatis me fide jusso,
ac Senatorios tamdiu obligaturo
habiturum, donec libri in pris-
tinum statum et libertatem
mihi restituantur, me etiam
ferre posse, ut Senatus convocetur,
simulque per quos offensus sit pro-
ponat, me libenter eos in gratia
Magistratûs mei aut mutatu-
rum, aut omissurum; sed in gra-
tiam privati hominis quicquam
aut omittere aut mutare, quæ
vera sunt, non velle. Hæc sena-
tui pro responso referant.

Hinc

Hinc VI. Septembris Senatui
pro reddendis libris supplico, cujus
supplicationis verba, cum sint longa
omitto: summa verò supplicatio-
nis haec est: primùm ponit Author
in suâ supplicatione, ob quam causa
et fructum Anabaptistarum fu-
rorem depinxerit, secundò quòd
omnia, ut acta sunt, sine perso-
rum respectu, quod historici est,
descripserit, tertiò quodnam
peccaverit in describendis munti,
onibus in genere, quàm Stogen-
bergium depingendo eadem in
specie, unde tamen ille munus
sit laudem; ipse verò praeter inve-
diam carierem laudem meruit,
quartò librum, quem comme-
davit Senatui, honestè à fide,
jussoribus repposcit, doceas interim,
quomodo commodatum sit re-
stituendum.

Ce-

Senatus per Secretarium
suum die 26. Septembris ad
supplicationem authoris respo-
det Senatum superiori die Re-
ctoris scripta audiuisse, legisse et
intellexisse, se ergo respondere, sibi
nunquam in animo fuisse, op-
primendi Rectoris historiam,
quòd autem ultra tempus consti-
tutum eam detinuerit, in com-
modum Rectoris esse factum
propter diversorum nunc Ephe-
morum, nunc Tribunorum, Re-
manicorúmque profectum querela-
et accusationes et multiplices
Senatûs occupationes, Senatum
itaque petere, ut Rector se ad
modicum tempus sustineat, se-
natum brevi effecturum, ~~quod~~ apud
accusatores, ut articulos in hi-
storiâ Rectoris sibi displicentes
proponat, et super his deda-
ra-

rationem Lectoris audiant, quo facto Senatum historiam Lectoris arbitrio restituturum, autil. lud, quod æquum fuerit, facturū.

Appendix Authoris.

Quod Senatus nunquam in animo habuerit opprimere meam historiam, omnia acta contrariū docent, quod item non tantùm Essmannorum et Tribunorum hæc causa fuerit, verùm etiam Senatus, quæ etiam Senatus patientia ad declarationem artic. culorum mihi à Ll. propositorū audiverit, in explicatione et dic. cussione eorundem audietur.

Acta

Cùm autem video meo opere me dispoliatum, et Senatum hoc agere seriò: etsi verba aliud sonent: me reiapere nunquam, meis sumptibus et impensis

ali.

aliquot adolescentes ante festa
natalitia conduco, qui mihi ex
libro, quem Dominus de Aurefeld
accepta restituendi cautione chi-
rographaria mihi commodaverat,
aliquot historias exemplaria de-
scriberent, quorum unum Reve-
rendissimi Colonienſis, unum E-
lecti P. Episcopi, unum Valde-
biana familia, unum Electo-
ratus Moguntini, unum Dominorum de Capitulo, unum
Nobilitatis et unum Civitatis
Archivo donare constituera,
sed Senatus antequam absolvis-
sem laborem illum subvertit,
exemplaria intercepit, intercepta
ad se transtulit, me capit, ca-
stum adhibitis custodibus in
carcerem conclusit, et Westpha-
lico more mecum egit.

Anno 1575.

A.

Acta

Senatus per ministerum suum 4. Februarii me ad Curiam familiariter vocat, quaedam enim mihi ipse proponenda. Ego nihil mali mihi suspicans continuò cum M. Stezrico à Herxbrock ejus anne meo filio adsum, sperans me librum meum tandem accepturum; ibi dum Reinardus Hattorf Hammonensis, Syndicus nomine Senatûs excusatur, Rectorem ideo ad Curiam à Senatu vocatum, ut audiat articulos erroneos ex historia sua decerptos, in quibus falsa pro veris referens, enormiter peccavit et deliquit; Senatum, totámque Rempubl. Monasteriensem graviter offendit atque læsit.

Articuli erronei:

1. Primo loco Rector graviter peccavit, quòd in Chronici sui de

de Ottmannis singularem statum fecerit, ipsósque ab Equestri ordine sejunxerit, cùm illi non minùs sint Nobiles, quàm qui sunt in equestri ordine.

2. In hoc quoque peccavit Rector, quòd munitionem urbis, imo latitudinem & profunditatem fossarum descripserit.

3. Rectorem etiam errâsse, quòd scripserit filias Ottmannorum ad ovenobium Transfluvianum non admitti

4. Rector perperam scripsit Monasterium Transfluvianum habere asylum & alia quædam privilegia in urbe.

5. Tio malè à Rectore scriptum. Habitatores in Oppido Rogino &c. esse immunes à servitiis & muneribus publicis.

6. Malè quoque Rector quos-

dam

dam appellavit seditiosos, qui
tamen anabaptismo non fuerunt
addicti.

7. Perperam itaque etiam à Rectore scriptum est à Senatu Judicii Principi adjunctos esse Assessores, cùm ipsi sint judices.

8. Sic malè eodem loco scriptum appellationes ab inferiori judicio non ità appellationes, sed ità relationes et reductiones ad Senatu devolvi.

9. In hoc quoque Rector peccavit, quòd scripsit in Judicio Dei, graviatûs, flagitia nunc non suspendio, ut olim, sed pecuniâ puniri.

10. Rectorem quoque erràsse in hoc, quòd scripserit domum Mechanicorum vulgò Lutheriâ appellatam fuisse Synagogam Sathanæ, et multos in eâ nodos connecti, quos Senatus vix dis-

fol.

solvere queat.

11. Male etiam scriptum à Rectore ex pecuniâ arcali intelligi officiorum fundos, ad Capitulu pertinere, cui illa penditur.

12. Rectorem male egisse quòd morem pingendarum placentarum qui in novi anni principio, inter amicos et vicinos, in urbe passim celebratur.

13. Siu Rector Senatum ossendit, quòd descripserit creationem Senatûs et officiorum distributionem.

Discutionem 13. horum articulorum loco commodo, sive hic sive alibi inveniet.

Lectori horum articulorum copia et tempus adeo respondendi ad proximum Senatus conventum.

Ea res sumitur in deliberationem et me digresso Senatus consul,

Dat

dat, hinc respondetur, Senatum
tria Rectori omnino perficienda
imponere.

Primum omnia exemplaria,
recens descripta, cum eo, unde de-
scripta sunt, continuò Senatui
tradet, inde per juramentum suum
recipiet, se omnia exemplaria
hujus historiæ, quæ exstare scial,
Senatui traditurum.

Secundo Rector revocabit
omnes errores in libro suo commis-
sos, qui supra sint enumerati,
et fateri debet se errâsse, librumque
correctioni Senatûs submittere.

Tertio Rector debet inobedi-
entiæ suæ nomine cum Senatu
transigere.

Appendix Authoris

Hîc videsamice Lector, quòd
Senatus nihil ad petitionem
me

meam responderit, sed sui / de
more suo / intollerabilibus decretis
iterum me affligat, nihil interim
pensi habens, quo jure id fiat, vel
faciat, admonuisse merito vos,
o Patres exemplum Josaphat,
Regis Judææ, qui constituit judi-
ces terræ præcipiens eis, videte
quid faciatis: non enim hominis
exercetis judicium, sed Dei, quod,
cunque judicaveritis, in vos redun-
dabit, movisse quoque vos pela-
gii ad benignum Archiepisco-
pum scriptum, ubi sic inquit
unicuique. Erit demum erit
ne aliquem injuste persequatur,
judicet vel puniat, ne se sum per-
sequatur. Cur precor articu-
lorum superiorum copiam, et
petitam dilationem ad illos
respondendi ad proximum se-
natûs conventum, mihi dene-

gatis?

gatis? cur prevvrim mihi absque
justâ cognitione inferbis? Hæccine
Senatus Vestph aliis consuetudo?
Sæpe fidem mei libri restituendi mi-
hi addictam à vobis imploravi et
ursi, sed mea familiari admonitio-
ne nihil impetravi. Deinde cum
super addicta restitutione mihi inte-
ger annus sesse elapsus, necdum li-
ber mihi restitueretur, meo ne fructu
historico prorsus spoliatus esse m,
meis sumptibus aliquot exempla-
ria iterum describere cœpi, et cum
ferè opus absolvissem, hæc tria de-
creta per me necessariò absolvenda mi-
hi obtrusistis.

Primum ut omnia exemplaria
etsi imperfecta adhuc, nullâ impen-
sarum mentione factâ, vobis trade-
rem, quam autem æquum sit, ali-
ena diripere sine impensarum et
laborum refusione piusLector judi-
cet, quod etiam adjicitur, me quoque

spe-

per juramentum omnia historiæ illius exempla, quæ passim exstare sciam, vobis tradere debere, quam hoc sit impossibile, nemo non videt.

Quod item in secundo decreto dicitur, me superiores articulos et errores revocare debere, et fateri me errasse, librumq; correctioni Senatûs submittere, quid aliud est, quàm ut Senatus me cogat, verum dicere falsum, album, nigrum, Lucem, tenebras, cum omnes articuli sint verissimi. Librum vero correctioni Senatûs submittere, quid aliud est, quàm Judicii indocto, imperito, crasso, et stupido, agresti studii mea scripta corrigenda mittere. Sic aim est contentio inter Jovem et Lunam: ut est apud Ovidium: constituitur Judex Jmo, cui mons satis magnus et crassus, sic apud Ludovicum Vivem in exercitamentis latinæ linguæ col-

lo-

loquio 8vo cum epistolis et contro-
versia de cantu inter Philomelam
et Cululum, et cum de sono aurium
objecto potissimùm ageretur, consti-
tuitur judex animal bene auribum,
nempe sanigerum pecus Arcadiasm
hoc est asinus Deus bone ceculiense
de colore judicabit, tunc corrigesea,
quo vera sunt? quo ergo futura ista
correctio alia, quàm ut vera tollat,
et falsa substituat? Tunc corriget
et emendabit non intellecta, quod
autem non intelligat mea scripta,
satis in discussionibus articulorum
liquet, tua igitur correctio nihil ac-
cubuerit, quàm corruptio, depra-
vatio et tumultuaria confusio,
quando tandem futura critica
correctio, cùm liber meus à te cor-
rigendus jam ultra annum sub
incude jacuit et malleorum vestro-
rum ictus miserè sustinuit. Omni-
potens Deus Senatus Monasteri-
ri,

rienſis correctionem hiſtoriarum
clementer avertat, alioquin Deus
bone, magna hiſtoriarum paſsim de-
pravatio expectanda eſt, quicun-
que ergo ſuam incorruptam velit
eſſe, eam Senatui Monaſterienſi
corrigendam non committat.
Porro in tertio decreto dicor me
inobedientiæ nomine trangigere debere,
hacine precor eſt inobedientia urge-
re ſuam reſtitutionis libri mei ā le
mihi addictam, necdum ſervatam?
hacine inobedientia inſiſtere offi-
cio hiſtorici et ſcribere verum? Imo
potius inobedientiſsimus cenſendus,
qui Deum veritatis oppugnatione
gravisſimè offendit, qui alium ad
mentiendum vi ſuæ tyrannidi
impellit, qui profuſā ſuā audho-
ritate facit lucem tenebras, album
nigrum et verum falſum, qui inſon-
tes actionibus intolerabilibus excu-
gis exercitat et tandem devorat?

nunc

nunc tandem tecum expende, uter, nostrum inobediens coram Deo, ego ne qui vera scribo, an tu, qui veritatem supprimere contendis?

Acta

Cum ego contra superiora tria decreta Senatûs, in excusationem mei dicere quædam inciperem, Consul Flotius adeo irâ exarsit, ut insedili suo editiore exsultaret, dicerétque, contra me non esse disputandum, dixi ego, ne Consul commoveatur, nos Bürgermeister, Sünas ist süss.

Appendix Authoris

Cùm Christianus Magistratus veneficum, adulterum, furem, pœdonem, latronem, imò turpissimum sceleratissimum quemquam accusatum ad defensionem causæ ita, ut jure divino & humano admittere debeat, qui sit Domine Consul, quod sit insaniæ? quæ teste Ennio initium est insaniæ? exc.

exsilia, ut beneficium illud mihi
divinas? quod contra me non esse dispu-
tandum clamitas? memor fuisses sen-
tentiae Ciceronis I. Officiorum, ubi
inquit prohibenda est ira in puniendo,
nunquam enim iratus, qui aliquem
dixit adjudicem mediocritatem teneb[it],
quae est inter nimium et parum ca-
vendum, est igitur ne major fit poe-
na, quam culpa, hactenus Cicero,
ad haec memor fuisses, quid Festus
praeses Actorum 25. dixerit, non
est, inquit, Romanis consuetudo
damnare aliquem hominem pri-
usquam accusatus, praesentes habe-
at accusatores, locumque defendendi
accipiat, ad abluenda crimina
nonne in eandem sententiam Ni-
codemus Joannis 7. nunquid lex
nostra judicat hominem nisi au-
diverit ab illo prius et cognoverit
quid fecerit? ideone disputatione

sub-

subterfugiebas, quòd de victoriâ forte
dubitares, et causa tua diffideres, cum
me veritate fortissimo clypeo muni-
tum, te verò mendacij ſiculneo pro-
fidco ſeptum intelligere, non esse vere
virtor/: este Cicerone :/ qui iratum
die flagrantis, frenum nesàt impo-
nere, vere pectoris motus, et ratio
te regat, nam idem Cicero pro Planco
inquit, semper iniquus Judex est,
qui invidet et favet, imitarerij se
natore et Consule prisca virtutis,
qui tranquillitati et virtuti stu-
duerunt, qualis Hermannus Te-
cedenus fuit, qui virtute suâ provo-
gationem consulatus sui ad mul-
tos annos ad vitæ finem meruit,
qui viva imago virtutum fuit,
qui affabilis, benignus et nihil hu-
milis à suo colloquio non repulit,
qui neque imos neque summos aver-
satus est, qui pauperibus nunc

neque

neque dextrum, neque sinistrum
latus, nunc neque cervicem loquenti-
bus obvertit, sed faciem benigniorem
semper exhibuit, et patienter exau-
divit, qui more Galli accurrentis
collum inter loquendum non con-
torsit, quod intolerabilis fastus est
judicium, qui non lubricis, vagis
et scintillantibus oculis collimavit,
quod est inconstantis, qui ad truci-
lentum obtutum vultum non com-
posuit, quod et Tyranni, qui non
aliud ore sonavit, et aliud in pectore
gestavit, quem vivum omnes boni
suspiciebant et venerabantur, quem
mortuum non tantum tota Res-
publica, sed et muri, viae, portae et
silices platearum lugebant, cujus
claris simi viri morte lumen Civita-
tis, prō dolor, exstinctum est, qui
tam pacis conciliandae, quam sedi-
tionis componendae Author sem-
per

per fuit, hujus inquam vestigia imi-
tarerij, ille virtute sua tibi præluxit,
tibi exempla modestiæ, non sævitiæ,
veritatis, non mendacii Laudem
Reipubl. pace et virtute bene consti-
tutam et stabilitam reliquit regen-
dam, Tu vero fastu, tyrannide, op-
pressione innocentium, bonorum virorum
profligatione, paulatim exactis
omnibus et mendaciis bene constituta
paulatim in exitium præcipitabis,
esse cum tuis Laudem perdes, nam ut
Poëta Lucanus cecinit; in se magna
ruunt, lætis hunc numina rebus,
crescendi posuêre modum. Consulis
officium est, ut Herodoti exemplo
probatur, subditorum et proxi-
simum de Reipubl. bene meritorum
gemitus et innocentiæ defensio-
nem benigne exaudire, tu vero
impatiens contradictionis, non ad-
mittis eos ad responsionem Heer-

denus

denus vir veranda Senecubus Stanny
mutarum rerum experientiâ prædibus,
antiquæ pietati et religioni et pacis ad-
dictissimus fuit, tu verò homo novus,
novæ religionis amator, promotor,
Cleri persecutor, impatiens contradi-
ctionis, impatiens pacis, intestinis
odiis flagrans, nova semper anhe-
lans, et quæ nunc nova sunt, facile
tibi senescunt, surgúntque nova com-
miniscenti, semper ex ea mente irre-
quietâ, et ne nihil habeat exercitii,
tu gaudes exemplo Julii Cæsaris
minâ fecisse viam, tu quæ pace et
tranquillitate consequi potes, ma-
gis ea motibus consequi majus,
quæ tuo arbitrio in historiâ meâ
mutanda aut omittenda religui,
ea maluisti magno modo, captivi-
tate mei, mendaciisque exactioni-
búsque tibi comparare, quam
pacifice, imitareris meritò exem-

plum

ipsum Samuelis, qui inquit, forte
de me testimonium coram Domino,
cujus tuli bovem et cujus accepi asinum,
quem calumniatus sum, quem con-
culi, aut de cujus manu accepi pre-
tium, dixerint tibi, non es calumniatus
nos, nec accepisti quidquam de ma-
nu ullius hominis, vides, quâ inno-
centia Samuel hic proditus fuerit,
qualis à populo suo habitus sit; nunc
è diverso cogita, qualis tu habearis,
tu quidem non abstulisti mihi in-
quit asinum aut bovem, sed ducen-
tos daleros, quod verò non fueris ca-
lumniator, tu forta sis affirma-
bis; at populus et ego diversum
sanimus, nam veritatem manife-
stam opprimere, et meam famam
falsis criminibus et mendacijs im-
pudentissimis convellere Job,
jurare, si hoc non sit calumni-

ari

ari, non video, quid sit calumniari,
quo animo prisci illi Senatores et Con-
sules fuerint, quo verò tu cum tuâ
factione sitis, totus mundus jam
videt, parrisiam non est liberam
loquendi facultatem mihi in
Senatu ademisti, defensionem
jure naturali et civili concessam
mihi præcidisti, quo jure, quave in-
juria hoc feceris, mundus jam videt,
tyrannidem tuam in bonos viros,
qui Reipublicæ profuerunt, nunc
sentiunt omnes et amentiam tuâ
admirantur, neque tamen te hu-
jus factipudet aut pœnitet, istane
Ethnannorum fastui et amabili-
oni gratificari? ut innocentiam
et veritatem opprimas, et men-
dacia in illorum gratiam im-
pudenter contra propriam con-
scientiam tueari? Si
Darius Rex Persarum, quam

vis

vis innocentem scirel Danielem, ad
instantiam tamen Satrapparum,
conjecit ipsum in lacum Leonu,
ita Alii aiunt scias me veritatem
scripsisse, tamen suggestione
horum Satrapparum conjecisti
me in carcerem, ut iis applaudas,
sic ad petitionem Sabbatiui sic,
vobis Joannem Baptistam de-
collari jusserat, natura quidem te
o Consul ad hanc amentiam et
tyrannidem exercendam inuitavit,
et fortuna animavit, ut ex meo
malo te authore mihi illato, non
dolorem sed incredibilem voluptate
percipere, tua ergo voluptas, meum
dolorem, et meus dolor tuam volu-
ptatem auxit, quos quaeso tui
consilii et facti habes authores
quos consultores, nisi accusato-
res meos, nempe Christianos fa-
ctu

sive turgidos exhorum odio ego con-
tra jus prograror, ab his tu pendes,
his tu adularis, horum ordinem
novis tuis insignibus anhelas, sis pro-
inde homo novus, admirator vetus pro-
prio, cum alii sint antiquâ virtute
& origine nobiles. Eò hoc non dico Do-
mine Consul ut invidere tibi nobilita-
tem videar, sis Ordinis, sis nobi-
lis de Equestri ordine, sis, quicun-
que velis, modo vulgi id persuadere
possis, ut et te talem æstimet, Ordi-
nem vel Equestrem in tuum
ordinem recipiant, ideóne externam
mercaturam exerces, ut te in nu-
merum eorum, qui simili mercatu
rà nobilitati sint, ingeras, profectò
hæc vulgi via est ad nobilitatem,
sed inertium habeo, pudeat an pige-
at magis hæc dere plura dispu-
rere, reliqua pio lectori æsti-
manda relinquam.

Acta

Acta.

Ad defensionem itaque causæ meæ non admisi; sed cum in continenti, pro tribus istis decretis fidejussorum copiam habere non possem, deductor ad domum Myrtedam das Gruet, Carus, atque ibi clausis foribus duobus insuper ministris publicis asservandus committor, donec fidejussores constituerem, me superioribus arti, culis satisfacturum.

Appendix Authoris:

Gravissime Cicero dixit nihil esse, us senescere gratia et injuria memoriam esse tenacissimam, beneficii vero brevissimam, quantam Reipub: vestræ præstiterim gratiam, non so, lum cives vestræ urbis: verum etiã circumfusæ civitates passim nove, runt, cum partim vos, qui honores geritis, et liberos vestros, civiumque ac externarum nationum juven,

ventutem, bonas literas ac mores fide-
lissimè ad annos jam 23. docui, à ru-
dij ad virtutes magnis vigilijs et labori-
bus retraxi, hoc beneficij et muneris
docendo, et erudiendo juventutem Reip.
vestræ præstiti, quo nullum majus,
melióve afferre possumus. Teste
Cicerone 3. de divinatione, docui
vos natandi artem, vos autem mede-
mergere vultis, vestræ urbis famam
et decus, ærarium publicum, civiumq;
commoda sine ullis impensis vestris
auxi, quotquot ferè aureorum millia
studiosi adolescentes nostram scho-
lasticam disciplinam secuti, in
urbem vestram singulis annis intu-
lerunt? quot altercationes inter
